CONSUETUDINI DELLE CITTA DI SICILIA EDITE ED INEDITE SCELTE E POSTE IN…

Vito La Mantia

CONSUETUDINI

DELLE

CITTÀ DI SICILIA

EDITE ED INEDITE

SCELTE E POSTE IN CONFRONTO

CON GLI ARTICOLI DELLE LEGGI CIVILI

DALL'AVV. VITO LA MANTIA

GIUDICE DEL TRIBUNALE CIVILE
DI PALERMO

PALERMO
STABILIMENTO TIPOGRAFICO DI FRANCESCO LAO
Salita Crociferi num. 16

1862.

Pubblicati i miei storici lavori sulla legislazione di Sicilia nell'epoca antica, dai tempi primitivi fino al termine della musulmana dominazione (1), io continuava l'ardua fatica, esponendo le vicissitudini ed il progresso della legislazione civile e criminale e degli ordini e riti giudiziali della Sicilia nei tempi moderni, nel periodo di sette secoli, dalla fondazione della sicola monarchia sino al suo termine (1130-1816) ed alla promulgazione dei nuovi codici (2).

In questo novello lavoro sui tempi moderni io descriveva i rapporti di nostre leggi con la civiltà e la scien-

(1) È divisa in due volumi la nostra *Storia della legislazione civile e criminale di Sicilia nell'epoca antica*. — 1° *Tempi primitivi e greco-sicoli*; 2° *Dominazioni de' Romani, Goti, Bizantini e Musulmani*.

(2) È noto che il regno di Sicilia, fondato dai Normanni, ebbe una durata di sette secoli, dalla coronazione di Ruggiero re, nel 1130, al famoso decreto dei di 8 dicembre 1816, che riuniva in un solo i due regni indipendenti di Napoli e di Sicilia, sicchè l'isola da quel tempo non ebbe più leggi proprie. I nuovi codici, che adattarono le leggi francesi con alquante riforme (migliorando principalmente la ragion penale) furono promulgati e posti in esecuzione nel 1819 nei due regni già di fatto *unificati*.

za, e faceane la comparazione per ogni epoca con le leggi italiane e straniere, segnando insieme il graduale svolgimento e progresso della patria giurisprudenza. Di tutte le consuetudini e leggi più importanti che regolarono le condizioni giuridiche delle persone e dei beni tanto liberi che feudali (1), io trattava alquanto più estesamente, perchè finora sono esse la norma per tutte le quistioni derivanti da dritti acquistati e contratti anteriori ai nuovi codici e per le materie non prevedute dalle nuove leggi (2).

Bastavami nella storica esposizione delle vicissitudini di quelle leggi offrire nelle note od appendici i testi più importanti; ma ho considerato che di gran lunga più vantaggiosa e comoda sarebbe ai magistrati ed al foro una completa raccolta di siffatte consuetudini e leggi che non di rado occorre consultare, ed allegare nei giudizi. Imperocchè le collezioni di nostre leggi patrie (fatte in tempi diversi, e composte di molti e grandi volumi) sono omai divenute sì raro, che solo a pochissimi riesce di possederle; e in esse trovansi le leggi di ragion civile confuse con le innumerevoli leggi e coi provvedimenti di ogni genere emanati dai molti governi e dalle varie dinastie cui fu soggetto il regno di Sicilia. Oltre tale confusione, che rende incommoda la ricerca delle

(1) Fra le leggi civili comprendonsi le feudali, non relative agli ordini politici ed economici, ma riguardanti la trasmissione dei feudi per atti tra vivi, per testamenti, per successioni, per dotarii ecc. Perciò le leggi civili sicole da me raccolte contengono pure le norme su tali beni, che formavano la massima parte del territorio siciliano, e per cui pendono ancora molte liti che si decidono col detto sicolo.

(2) Ciò fu accennato nel decreto del 21 maggio 1819, ed è necessaria conseguenza del principio fondamentale che *le leggi non hanno effetto retroattivo*

leggi civili, avvi l'inconveniente di non trovarsi in siffatte collezioni alquante consuetudini importanti, e alcuni dispacci o decreti di epoca posteriore (1).

Volendo perciò soddisfare un desiderio generale dei magistrati e del foro, da un canto nella *Storia* ho descritto le origini, le vicende, il progresso della legislazione civile e criminale del regno di Sicilia, e degli ordini e riti giudiziali (2); dall'altro canto in due separati volumi ho riunito ed ordinato le consuetudini o leggi disperse e confuse nelle antiche collezioni, vi ho aggiunto consuetudini *inedite* di varie città, ed alcune leggi posteriori o in quelle collezioni non comprese. Di tutte ho formato un *Codice delle leggi civili sicole;* poichè in esso raccolgo solamente le consuetudini o le leggi che riguardano le persone e i beni si liberi che feudali, e compongono la intera legislazione civile del regno di Sicilia (3).

(1) Oltre le *Consuetudini* di Palermo, Messina, Catania, Girgenti, Noto ecc. che son leggi municipali, e in separati volumi pubblicate, sa ognuno che le nostre raccolte di *leggi del regno di Sicilia* sono:

1. *Constitutiones Regni Siciliae*, 1 vol. in fol. 1786.

2. *Capitula Regni Siciliae*, 2 vol. in fol. 1741.

3. *Pragmaticarum Regni Siciliae novissima collectio*, 6 vol. in fol. col 3° da Cesino stampato nel 1700.

4. *Costituzioni prammaticali fatte sotto il governo dei vicerè M. A. Colonna*, 1 v. in fol. 1583 e 1796.

5. *Siculae Sanctiones*, 6 vol. in fol. 1750 e seg. oltre la *Summa* o indice in un vol. in fol.

Sonovi poi innumerevoli *dispacci, e lettere circolari* ecc. non comprese in tali collezioni.

(2) Questa *Storia di leggi patrie* dai tempi normanni fino ai nostri giorni, sarà pubblicata dopo il presente volume, pel quale affrettiamo la pubblicazione, perchè se ne prova il bisogno per le quistioni di antico dritto nei giudizi civili.

(3) Ho creduto necessario per compimento del *Codice*, aggiugnervi taluni leggi posteriori al 1816, che compiono le riforme già iniziate.

Perchè la presente raccolta riesca più utile ho indicato gli articoli delle nostre *Leggi Civili* che contengono disposizioni eguali, contrarie o in parte somiglianti.

Un indice alfabetico ed analitico delle materie regolate da quelle leggi e consuetudini renderà agevole la ricerca per tutti, ed offrirà in poche pagine quasi il prospetto del dritto sicolo.

Nel presente volumetto trovansi i capitoli delle *Consuetudini*, edite ed inedite, riguardanti materie di civile diritto, le quali ho distinto dalle *leggi*, perchè son queste generali e comuni all'isola intera, mentre le *Consuetudini* in vari punti fra loro differivano in diverse città. Di alcune *Consuetudini* indicherò soltanto la identità con altre per evitare le inutili ripetizioni.

Un altro volume conterrà tutte le leggi civili sicole, promulgate dai tempi normanni fino al 1819.

Io spero che questo lavoro, solamente diretto al comodo e alla pratica utilità, tosto sarà seguito dalla pubblicazione della nostra storia della legislazione sicola nei tempi moderni; in cui esporrò di queste consuetudini e leggi nostre (ora presentate nel solo testo) le origini e le vicende nel loro rapporto con la civiltà e la scienza, e ne farò il confronto con gli statuti e le leggi italiche e straniere.

CONSUETUDINI DI PALERMO (1)

C. 10. *De licentia permissa partibus in causis civilibus, et criminalibus se concordandi* (art. 1916 e 1918 Leggi Civili).

Licet Civibus Panhormi super civili, et criminali causa, vel lite usque ad sententiam transigere, vel paciscі, licentia Curiae nullatenus proinde postulata, neque propterea mulctentur in aliquo, vel quicquam est exigendum per Curiam ab eisdem: hoc etiam observatur appellatione pendente.

C. 18. *De poenis in instrumentis appositis a contrahentibus nullatenus extorquendis* (art. 1179 e segg.)

Poenae inter contrahentes in instrumentis appositae si contravenerint ambo, vel aliqua partium, non exigantur, vel extorqueantur ab eis.

C. 21. *De prohibita fideiussione mulierum, minorum, et eorum qui sub patria potestate consistunt* (art. 411 o 1077 e segg., 1258 e segg.) per le donne non v'è divieto.

Semant cuncti, mulieres a fideiussionibus, et intercessionibus pro maritis earum, et quibuscumque aliis esse penitus repellendas, et si receptae fuerint, etiam renunciato beneficio Velleiani-

(1) *Le consuetudini Panormitane* (compilate in tempi diversi nel medio evo) si sono pubblicate isolatamente nei secoli scorsi, poi dal Muta nel *Commentario* ecc.

Senatusconsulti, de fideiussionibus et intercessionibus ipsis nullatenus teneantur, nisi in quaestionibus criminalibus pro Parentibus, Filiis, et Fratribus, in quibus, deficientibus aliis fideiussoribus, admittantur. Similiter et hi, qui non sunt perfectae aetatis, et omnes sub potestate patria consistentes, si fideiusserint pro aliquo, fideiussione ipsa pro nulla habita, ex hoc nullatenus teneantur.

Perfecta vero aetas a decem et octo annis superius habeatur.

C. 22. *De Fideiussoribus, Constitutoribus, et Pagatoribus* (art. 1892 e segg.)

Si aliquis fideiusserit pro aliquo debito, vel quacumque causa, et ambo tam principalis, quam fideiusser in Civitate praesentes extiterint, omisso principali non est ad fideiussorem aliquatenus recurrendum. Si vero principalis debitor absens extiterit, vel fuerit non solvendo, tunc demum ad fideiussorem eundem recurri debeat, et ad solutionem debiti secundum iustitiam urgeatur. Quod si forsitan aliquis pro aliquo fideiussorem, et pagatorem, vel constitutorem se fecerit, in hoc casu reservatur electio creditori, ut qualibet exceptione submota, quem mallt ex istis conveniat, et recuperet debitum ab eodem, nullo sibi praeiudicio generando ex electione praedicta, quominus totum debitum, vel residuum ab ipsorum aliquo consequatur.

C. 26. *De iure prothimisii, et consanguinitatis* (1).

Si aliquis vel aliqua praedium aliquod urbanum, vel etiam rusticanum, ut puta domum, fundicum, tabernam, apotecam, vineam, iardinum, hortum, terram vendiderit, vicinus eius habens contiguam, vel collateralem possessionem, aliis remotis ad emptionem ipsius fundi vel praedii venientibus praeferendus est in emptione iam dicta iure prothimisii, dummodo illam quantitatem offerat, quae offertur ab aliis quibuscumque. Quod quidem ius locum habet, et durat usque ad annum, mensem, hebdomadam

(1) Il retratto o la prelazione sono ammessi ora nei casi soli di vendite di dritti litigiosi, di beni ereditari indivisi, di fondi enfiteutici (Art. 760, 1545, 1693 e segg.)

et diom, infra quos si possessio contigua seu collateralis fuerit vendita per vicinum contiguam vel collateralem possessionem habentem, recuperare poterit iure praedicto, soluto precio pro quo fuerit possessio vendita, et iustis expensis, si quae forsitan post ipsius venditionem factae fuerint in eadem. Elapso autem termino supradicto excluditur collateralis, vel contiguus vicinus ab emptione, et recuperatione praedicta. Praeterea consanguinei venditoris, et venditricis in iure praedicto prothimisii emptoribus extraneis praeferuntur, dummodo attineant venditori seu venditrici usque ad quartum gradum; a quarto quoque gradu ulterius excluduntur. Quibus consanguineis petendi, et recuperandi possessionem a consanguineo vel consanguinea venditam duorum annorum terminus indulgetur, et hoc si praesentes in Civitate fuerint venditionis tempore celebratae, eis tamen absentibus a tempore reditus et praesentiae ac scientiae currat eis terminus antedictus, notatis, viduitatis, aut aliquo privilegio adversus praescriptionem eandem neminem excusante. Elapsis vero praedictorum duorum annorum curriculis, volentes ad emptionem, vel recuperationem accedere iure praedicto nullatenus audiantur. Quod autem servatur in duorum annorum praescriptione currenda consanguineis cum emptoribus et aliis collateralibus praeferuntur ut, si absentes fuerint, a praesentiae et scientiae tempore currat eis praescriptio, et non ante, idem est superius circa praescriptionem unius anni, mensis, diei, et hebdomadae servandum, ut non nisi a praesentiae et scientiae tempore praescriptio numeretur, notatis, viduitatis aut alio similiter quocumque privilegio non obstante, Concurrentibus autem omnibus consanguineis supradictis, vel aliquibus ex eis ad petitionem iuris praedicti, est gradus propinquior admictendus, ita tamen quod infra tempus praedictum omnibus praescribitur, exclusis affinibus, et omnibus aliis quibuscumque. Venditiones autem praedictarum possessionum ita publice in conventu fieri debeant, ut pervenire valeant ad scientiam illorum qui sunt vicini possessionis vendendae, quae si clam et latenter factae fuerint absque notitia aliquorum ipsorum vicinorum et consanguineorum, non currat consanguineis, et vicinis terminus antedictus, nisi a tempore tantum quo facta venditio ad notitiam eorum pervenit. Et quia etiam quandoque

in fraudem consanguineorum, et vicinorum habentium ius prothimisii ex una eademque re integra existente fit venditio, et in parte donatio, vel permutatio uno eodemque tempore, vel diversis temporibus de re mobili ad immobilem, ipsa permutatio, donatio, et venditio sit nulla, et nullatenus obsit consanguineo, et vicino ad recuperandum possessionem donatam, venditam, vel permutatam iure praedicto ac si tota vendita esset, quia fraus, et dolus nemini debent patrocinari, aut commodum reportare, permutatione de totali re mobili ad totalem immobilem penitus interdicta. Si vero permutationem de re immobili ad immobilem faciant contrahentes, non aliter ipsa permutatio valeat, nisi fiat coram Praetore, vel saltem uno iudicum Civitatis praestito per ipsos contrahentes corporali ad Sancta Dei Evangelia debito iuramento, quod ipsa permutatio sit vera, et non simulata in fraudem consanguinei vel vicini ius habentium in recuperatione ipsius rei, si vero fuisset ipsius rei venditio celebrata, et si contra factum fuerit, nullam obtineat roboris firmitatem: quo casu si praeter sollennitatem praedictam permutatio aliqua facta fuerit, possit vicinus, seu consanguineus rem permutatam a consanguineo vel vicino recuperare ab eo qui eam ex permutatione ipsa habuerit, vel ab aliquo quocumque possessore ipsius, oblata ei vera aestimatione rei, quae in excambium tradita fuerit eidem consanguineo seu vicino, extimatione ipsa arbitrio curiae ipsius Civitatis facienda, et in condemnationis tenorem deducendo per cognitores causae ipsius. Gradum autem, in praedicto iure prothimisii consanguinitatis quantum ad personas ex latere venientes intelligimus seu recipimus prout Sacris Canonibus recipitur, non prout Romanis legibus debere recipi est inductum; ut sicut due fratres vel sorores in primo, eorum filii in secundo, nepotes vero seu neptes in tertio censeantur. Quod si contingat aliquem consanguineorum, seu vicinorum velle donationem inter vivas alicui extraneo facere de praedio aliquo integro rustico, vel urbano, liceat ei, dummodo cum praemissa sollennitate quando res immobilis pro totali re immobili permutari dicitur, praedicta donatio celebretur; alias poterit vicinus, vel consanguineus refuso pretio rei donatae, quod arbitrio Curiae diligenter fuerit extimatum, infra praescripta

tempora praedium, quod donatum est habere seu vendicare iure praedicto. Et quia quandoque fingitur maius pretium in emptione rei immobilis quam sit in veritate, ne fraus vel simulatio praeiudicet consanguineo vel vicino venditoris vel venditricis quotiescumque alicuius rei immobilis venditio celebretur, praestent prima contrahentes coram tabellione vel notario publico, qui intersunt in contractu ad Sancta Dei Evangelia corporaliter iuramentum, quod tantum est rei veritate pretium ipsius rei, quantum asserant contrahentes, alioquin procedat extimatio ipsius rei venditae sicut in permutatione rei immobilis supra scriptum est.

C. 27. *De his quibus ius prothimisii non competit.*

Etsi generaliter omnes Cives Panhormi ad petendum ius prothimisii, sicut ex consuetudine superiori colligitur, admittantur, quibusdam tamen ex antiqua et approbata consuetudine Civitatis, iuris huius est sublata commoditas, et a petitione illum excluduntur, videlicet Fiscus, Ecclesia, Monasteria, Comites, Barones, Iudaei, Saraceni, nullatenus ad praedicta iura sunt ex iam dicta consuetudine admictendi.

C. 28. *Qui potiores in iure prothimisis habeantur.*

Fundo, praedio urbano vel rusticano vendito, si ex uno latere quis possideat praedium emphiteuticarium, vel partiarium, et ex alio latere alius possideat praedium liberum praedictis aut aliis servitutibus censualibus non subiectum, et sit ipsius dominus quacumque causa, is in emptione praedii venditi est alii possidenti et detinenti fundum emphiteuticarium vel partiarium praeferendus, et ipse potest recuperare fundum venditum infra tempus supra in iure prothimisii positum a quocumque. Si vero iam ex uno latere, quam ex altero aliqui possideant praedia collateralia vel contigua libera et non subiecta servitutibus supradictis, praeferantur in emptione iam dicta, si concurrant pro aequali portione emptoribus extraneis quibuscumque. Eodem in pluribus consanguineis venditoris in eodem sibi consanguinitatis gradu attinentibus, et ad venditionem praedii venditi ab eorum consanguineo concurrentibus observando. Quod si non concur-

rant ad venditionem eandem, qui praevenit sit potior, ita tamen quod alteri consanguineo, vel vicino absenti, vel ignoranti a die suae reversionis, et scientiae infra mensem unum pro portione sua tantummodo admictatur ad vendicationem praetii, vel fundi praedicti.

Nova declaratio corrigens fraudes callidissime excogitatis artibus contra tenorem antiquae Panhormitanae consuetudinis iuris prothimiseos (1).

Antiquorum Civium circumspecta prudentia in Gloriosa Panhormitana urbe generalem atque laudabilem ab antiquo consuetudinem introduxit, quod si quis Panhormitanus civis aliquod urbanum praedium, vel etiam rusticanum venderet, infra biennium consanguineus venditoris, vicinus vero collateralem possessionem habens finibus rei venditae infra annum, dictum praedium venditum recuperare valeat sub modo et forma in eadem salubri consuetudine comprachensa. Verum quia hominibus malitiae deditis nihil est fraudis quod non adinveniant, ut sacratissima civilis dictat auctoritas, quidam malitiae dediti contra mentem consuetudinis antedictae verba praedictae antiquae consuetudinis cavillantes, loco verae venditionis emphiteuticos seu censuales consuluere contractus et post aliquod tempus a directo domino ius illud emphiteuticum, seu censuale redimi faciebant in vicinorum et consanguineorum fraudem, et consuetudinis memoratae; ex quo fraude illud eveniebat absurdum, quod consanguineus vel vicinus postea in dicta fraudis vera probatione deficiens propter dictas callidissimas simulationes in recuperatione rei se inveniebant privilegio dictae consuetudinis vacuatos contra propositum condentium consuetudinem antedictam.

Quia vero tam salubre privilegium decet esse mensurum, ac omnis malitiae, et diminutionis extraneam, universitas dictae urbis praefatis malitiis, et cavillosis machinationibus resistere cupiens, et salubriter obviare, de consensu expresso regnantium dominorum praesenti declaratione, annuente Domino in perpe-

(1) Inseriamo qui due Statuti che sono di epoca alquanto posteriore, ma riformano e compiono gli Statuti panormitani sulla prelazione.

tuum valitura, universali maiorum Civium dictae urbis accedente consensu, provida, et matura deliberatione decrevit quod si deinceps aliquis in Urbe praedicta ad perpetuam emphiteusim seu annuum censum concedere velit aliquod suum praedium urbanum, vel etiam rusticanum, in dicta concessione in posterum talis forma servetur, videlicet quod ipsi contrahentes palam, et publice in convicinio celebrent dictum emphiteoticarium, seu censualem contractum ita quod verisimiliter dictus contractus possit ad vicinorum, vel ad consanguineorum, de quibus praedicitur, notitiam pervenire, et quod uterque ipsorum sic contrahentium iuret ad sancta Dei Evangelia corporaliter tacto libro in manu personae publicae ibidem praesentis, quod vero est contractus emphiteoticarius seu censualis ille quem celebrant, et non simulato colore factus in fraudem consanguinei, vel vicini. Aliter vero celebratus contractus praedictus omissa forma praedicta ipso facto nullius sit roboris vel momenti. Et proinde res sic concessa, ac si de ea pura facta esset venditio recuperari possit per consanguineum, vel vicinum, quasi declarationis praesentis praesumptione dicta concessio celebrata sit in fraudem consuetudinis praenotatae.

Si vero servata forma praedicta directus dominus praedii ex dictis causis concessi ipsum ius directi dominii in alium deinde titulo venditionis transtulerit, si quidem in ipsum emphiteutam, tunc procul dubio ius ipsum ab ipso emphiteuta recuperare posset consanguineus vel vicinus ac si vera fuisset a toto principio totius fundi facta venditio intra tempora in dicta antiqua consuetudine praefinita, et sub modo, et forma ac personarum praerogativa in eadem antiqua consuetudine latius declaratis. Sed si alio alienationis titulo directus dominus praefatum directum dominium in emphiteutam transferat in quo nullum interveniat pretium, tunc praefatum directum dominium consolidatum cum utili recuperare possit consanguineus vel vicinus ac si de corpore ipso facta esset venditio, oblato pretio ipsius fundi sincera fide taxanda per curiam Praetoris, et Iudicum dictae Urbis. At si in aliam personam tertiam directus dominus fundi emphiteuticl vel censualis transferat dictum directum dominium seu ius emphiteoticarium, si quidem venditionis titulo, eiusdem iuris recuperatio

compatat consanguineo vel vicino iuxta tenorem ac praefinitionem temporis antiquae consuetudinis antedictae, soluto prius vero pretio ipsi emptori pro quo ius ipsum emerat a directo domino supradicto.

Et ne fraus in conventione dicti pretii committatur tam emptor quam venditor directi dominii, sive fiat venditio ipsi emphiteotae, sive tertiae, extraneaeque personae, iurare cogantur quod in rei veritate non plus neque minus fuit vere pretium venditionis iuris ipsius, sed tantum quantum in ipso contractu asseritur fuisse conventum. Si vero directus dominus dictum ius directi dominii in tertiam personam alio quam venditionis titulo transferat, tunc nullum ius prothimisii competat consanguineo, vel vicino, nisi forsitan postea praefatum ius directi dominii redierit ad emphiteutam ex alio contractu inter dictum emphiteutam, et dictam tertiam personam postea celebrato, tunc enim dicti iuris recuperatio consangoineo compelat ao vicino ac si principaliter eidem emphiteutae per dominum directum facta esset vera venditio de toto corpore supradicto.

Porro si forte contigerit directum dominum ius sui directi dominii, quod habet in re emphiteutica vel etiam censuali, transferre ex causa dotis, vel alicuius ultimae voluntatis, tunc favore liberalitatis, et voluntatis extremi iudicii, cuius iterum redire nequit arbitrium, omnino ius prothimisii cesset, et nulla vigore praesentis dicti iuris recuperatio compelat in dictis casibus consanguineo, vel vicino. Quia vero nihil peccavit antiquitas, quae huius declarationis insein praesentem formam in huiusmodi contractibus non servavit, idcirco praesentem declarationem ad sola futura quilibet pertinere cognoscat, ad praeterita vero, et pendentia a praeteritis nequaquam. Et Maiestati nostrae humiliter supplicatum, ut praedictam novam declarationem per dictam universitatem praedictis rationibus, ut praedicitur, factam, ius confirmare de benignitate Regia dignaremur; Nos autem huiusmodi supplicatione, veluti rationi consona, benigne admissa, visa prius, discussa, et examinata declaratione ipsa de mandato nostro per iuris peritos, praesertim Iudices Magnae nostrae Regiae Curiae, Consiliarios Familiaros, et Fideles nostros, et per eos tamquam iuri consona approbata, declaratio-

nem ipsam tanquam probabiliter et rationabiliter factam ob obviandum fraudibus, callidissime excogitatis, artibus ante dictis, ut superius continetur, de plenitudine potestatis nostrae, ex certa nostra scientia duximus confirmandam, ita tamen quod declaratio ipsa ad futura tantum extendatur, et non ad praeterita, nec pendentia ab eis, sicut in praedicta declaratione superius est expressum.

Postmodum autem tempore Domini nostri Regis Ludovici facta fuerunt certa capitula facientia ad statum et regimen dictae Urbis, et confirmata per litteras dicti Domini Regis, inter quae continetur Capitulum infra scriptum videlicet.

Quod si aliquis vicinus vendit praedium alicui ex vicinis eius, quod alter vicinus admittatur ad recuperationem medietatis, seu portionis dicti praedii venditi praedicto iure prothomisios vicinitatis, et possit totum praedium venditum recuperare et habere ab emptore praedicto, et sit in arbitrio primi emptoris praedicti praedii empti, vel habentis ius, et causam ab eo, restituere totum praedium, vel medietatem, seu portionem, soluto prius pretio, pro quo emerit illud praedium, et iustis expensis in praedio ipso vendito per emptorem praedictum factis, per alterum vicinum recuperantem infra annum, mensem, hebdomadam, et diem in prima maiori consuetudine contentos. Et idem in consanguineis censeatur, et observetur iuxta gradum. Et quod summarie, et ex abrupto procedatur super recuperatione praedicti iuris prothimisios, auditis tamen defensionibus omnibus partis adversae et reservatis, appellatione remota, sed tantum supplicatio per viam gravaminis admictatur.

C. 29. *De prohibitis aedificiis* (art. 569, 573).

Nullus invito vicino suo infra Civitatem de novo fundicum, hospitale, aut butilliariam, sive tabernam construat, vel faciat in praeiudicium vel iniuriam alicuius vicini, quod eo ipso quod fit, contra veterem sui formam praesumatur, fenestram, portam, aut etiam sagittarolas aperiat in locis illis, in quibus ob antiquo praedictae aperturae, vel aedificia non fuerunt, nec etiam fenestras, sagittarolas, vel alias quascumque aperturas factas in praedio

viciae primitus sine dolo vel iniuria alicuius vicini obturare praesumat, vel aliquatenus obscurare. Quod si factum fuerit, infra decennium ad petitionem vicini sui, summaria cognitione praehabita, omnique appellatione remota, expensis illius qui hoc fecerit, demolitis aedificiis, quae gesta sunt, in statum pristinum reducantur. Tamen quilibet Panhormitanorum Civium potest facere, et construere buttillariam, seu tabernam de novo in magnis et publicis plateis Panhormi si locum aut solum habeat in eisdem ita quod ianua novae tabernae ianuae alterius tabernae primo factae non sit opposita per directum. Ferrariam etiam, vel caldarariam de novo collateralem vel coniunctam alicui tabernae lavilo vicino suo similiter nullus faciat; quae si facta fuerint, ut praedicitur, ad statum pristinum reducantur.

C. 31. *De prohibitis venditionibus per servos, atque minores factis* (art. 293 e segg. 1077, 1258 e segg).

A Servo, ancilla, sive infante infra pubertatem posito ac etiam filio sub potestate patris constituto nullus emat rem aliquam, vel etiam pignore quoquo modo vel alio alienationis titulo seu contractu recipiat, et si contrafactum extiterit, restituto re domino vel patri sine pretio, de transgressione mulctetur ls qui contravenerit, secundum arbitrium iudicantis.

C. 34. *De permissa licentia Civibus accipiendi pignus pro pensionibus praediorum* (art. 1971, 1362)

Licet Civibus Panhormi pro pensionibus possessionum suarum ab eis quibus locatae sunt autoritate propria pignus accipere non obstante defensa, si qua eis forsitan quod pignus non accipiant, imponatur, cum invecta omnia, et illata pro pensionibus sint tacite obligata: et ipsius domini sacramento credatur de quantitate pensionis possessionis, et solutione ipsius, si quando quaestio exinde oriatur, in qua sine libelli oblatione procedatur, et omni appellatione remota

C. 36. *De venditionibus factis, et faciendis per Saracaenos, Iudaeos, et Graecos Siciliam habitantes, et de instrumentis, et testamentis* (art. 898, 920).

Venditiones, quae factae sunt vel fient in posterum per Saracaenos, Iudaeos, et Graecos Siciliam habitantes de rebus stabilibus, et mobilibus ab eis possessis omnimodam obtineant firmitatem; et instrumenta confecta de venditionibus vel permutationibus eorum aut quibuscumque contractibus aliis in lingua Arabica, Graeca, et Haebraica per manus Notariorum Saracaenorum, Graecorum vel Hoebreorum vel Arabicorum, etsi solemnitatibus careant Christianorum, nec non et instrumenta quae in posterum fient modo praedicto, firma et stabilia perseverent. Instrumenta vero Christianorum super quibuscumque contractibus, et testamenta tam quae facta sunt, et quae fient in posterum, dummodo fiant per Notarium publicum, et legitimi numeri testium fide dignorum subscriptionem contineant, adiecta die et tempore quo fiunt, etsi subscriptionibus officialium aut Magistratuum careant, firma similiter et stabilia sint, nec ab aliquibus reprobentur, nisi forte contra instrumenta ipsa aliquando falsitas evidens ostendatur.

C. 36. *De testamentis et bonis intestatorum quibus non sint haeredes, vel succedentes* (art. 829, 892, 644, 683 e segg.).

Cives Panhormi volentes condere testamenta, testandi et relinquendi bona sua secundum arbitrium propriae voluntatis habeant facultatem, legitima iure successionis liberis in bonis parentum aliquatenus non fraudatis, ita tamen quod de parte bonorum debitorum liberis et uxoribus in eorum praeiudicium non testentur. Si vero aliquis intestatus obierit, nec sint ei superstites, ad quos ab intestato ipsius deferri possit haereditas, tunc quidem diligenti inquisitione praehabita, quae post funeris impensas, solutis prius debitis et male ablatis, si quae sunt, per Praetorem, et Iudices Civitatis tantum, apud eos, confecto ex eis inventario publico, conserventur, donec annus unus, mensis, hebdomada, et dies unus pertranseat: infra quae tempora si aliquis defuncti propinquus vel succedens de iure appareat, ad

quem ab intestato ipsius haereditas deferatur, bona ipsa devolvantur ad eum, postquom de proximitate, vel alio succedente constabit summaria sine libello et strepitu iudicii. Eo vero non comparente post terminos supradictos, de bonis defuncti fiat divisio in duas partes aequales, quarum una pro anima defuncti pauperibus erogata, reliqua Fisci iuribus annotetur.

C. 39. *De prohibita venditione bonorum quae filii iudicantur.* (art. 292, 1078, 1258 e segg.).

Bona quae parentes iudicaverint filiis tempore mortis eorum, matres superstites vendere vel alienare non possunt, nec etiam e converso bona quae a matribus, parentibus superstitibus, fuerint filiis iudicata: nec obstat filiorum consensus, vel eorum subscriptio in instrumentis apposita venditionum ipsarum, nisi essent in aetate legitima constituti. Quod observari convenit, et in rebus quae iure successionis, vel alio titulo ad huiusmodi filios post mortem alterius de parentibus, vel utriusque a quacumque persona fuerint devolutae, nisi forsitan causa cognita, et inquisitione praemissa, per decretum Curiae alienatio rerum huiusmodi fuerit celebrata, quam prohibitio praesentis consuetudinis ad res tantum immobiles extendatur.

C. 40. *De venditionibus factis a parentibus, in quibus minores filii se subscribunt* (292, 1258).

Venditiones quae fiunt a parentibus filios minores habentibus de bonis stabilibus eorum communibus firmae ac stabiles habeantur, nec retractari possunt per filios eosdem qui tempore contractus existunt, dummodo ipsorum filiorum subscriptio saltim per lectum pennae labellionis, vel notarii publici instrumentis venditionum appareat, licet propter minoritatem aetatis expresse non valeant consentire.

C. 41. *De prohibita alienatione dodarii, et bonorum dotalium* (1361 e segg.).

Bona dotalia, et quae uxoribus in dodarium dantur, vel etiam obligantur, per maritum vendi non possunt etiam si consensus intervenial mulierum, praeter cives iure latinorum vi-

venies, ac utentes consuetudinibus latinorum in matrimoniis, in quibus suscepta prole ex uxoribus, vel elapso unius anni circulo a die consumati matrimonii numerando, fit bonorum uxoris et mariti confusio, in quos prohibitio venditionis praedictae non cadit, cum ex commixtione bonorum nomen dotis et dodarii non subsistat. Inter Graecos autem Panhormi, et eos qui secundum Ritum Graecorum contrahunt, semper et in omnibus casibus, venditionis bonorum dotis et dodarii prohibitio locum habet.

C. 43. *De dotibus et haereditatis divisione* (829 e segg., 1344, 1394, 1395 e segg.).

Bona viri, et uxoris tam quae tempore consumati matrimonii, quam et quae postmodum per eos acquisita sunt, undecumque provenientia, elapso anno a tempore consumati matrimonii, vel natis filiis, confunduntur, et unum corpus efficiuntur, quorum bonorum tertia pars debetur patri, altera matri, reliqua vero tertia filio vel filiis, dum tamen bonorum appellatione contineantur ea tantummodo quae iure directi dominii vel quasi, vel etiam utilis dominii, alteri de coniugibus fuerint acquisita, non de iis quae per ipsorum aliquem peti potuerunt iure actionis, vel aliquotenus vendicari, quamvis in iure civili bonorum appellatione vendicationes, et actiones contineantur, prout romanis legibus est inductum. Patre vero vel matre praemortuis ab intestato, filio vel filiis superstitibus cum alterutro parentum ipsorum, praedicta tertia pars praemortui parentis cedit filio vel filiis, et sic iidem habent duas partes bonorum communium, unam debitam eis iure naturae, et alteram parentis praemortui. Si vero parentum aliquis testatus deficiat, ipsius standum est testamento, dummodo in eodem testamento de tertia sua liberos legitima non defraudet. Dotarium a viro uxori praestitum seu promissum nec non et donatio propter nuptias a viro facta uxori, elapso anno a tempore consumati matrimonii vel natis filiis confunduntur, et cum bonis aliis immiscentur. Si vero ante lapsum anni, vel filiorum procreationem alter ipsorum iugalium deficiat, hoc quidem casu dos ipsa revertitur ad dotantem, eo salvo quod si dos consistens in arnesio deteriorata in totum fuerit vel in parte propter communem

usum, ex huiusmodi deterioratione viro nullatenus praeiudicium generetur, sed talis restituatur qualis fuerit tempore reversionis praedictae. Si autem uxor praemoritur infra annum antequam liberi procreentur, nihil maritus acquirit superstes de dotibus nisi tantummodo lectum unum cum apparatu suo, prout eo praedicti iugales usi fuerunt prima nocte, qua se in unum coniunxerunt, seu insimul iacuerunt. Ita quod mediocriter inspecta qualitate, ac conditione iugalium eorumdem fuerit ipse lectus suo tantum apparatu munitus, et donationem propter nuptias ab eo datam, nisi tempore contracti matrimonii cautum fuerit ut donatio ipsa propter nuptias absoluta, et irrevocabilis esset, in quo quidem casu dotarium mulieri provisum extinguitur. Eodem etiam observando quod ipsa uxor infra tempus praedicti anni de dote praedicta testari nequeat, nec in aliquem dotem ipsam aliquo alienationis genere quoquo modo transferre. Mortuo vero viro uxore superstite, ante lapsum anni, et procreationem filiorum lucrifacit dotarium, et dotem recuperat, ut est dictum, ac etiam donationem propter nuptias si absoluta et irrevocabilis data fuerit. Quae quidem consuetudo locum habet inter cives Panhormi latinos et latinorum iure nubentes. Graeci autem civitatis eiusdem, et qui iure Graecorum, et eorum consuetudine contrahunt, etiam consuetudinem habent in talibus, quae servatur inter eos et inferius denotatur.

C. 44. *De eodem* (667, 829 e seg.).

Vir uxore praemortua, vel uxor praemortuo viro ad secunda vota cum tertia sua libere transire possunt, et tertia illa cum bonis secundi viri, vel secundae uxoris natis filiis vel anno elapso confunditur et unum corpus efficitur: quo vel qua ab intestato praemortuo vel praemortua, omnia bona illa in tres partes dividuntur ipso iure vigore praesentis consuetudinis, quorum tertio debetur viro vel uxori superviventi, tertio vero filiis, in tertio vero reliqua praemortui tam primi quam secundi matrimonii filii succedunt in capita. Quod si testamentum condiderit, et de tertio suo primi matrimonii filios non recognoverit, in legitima eorum iure successionis tota, tanquam ab intestato, succedunt cum filiis secundi matrimonii in capita in eadem legitima; et hoc

si contraxerint matrimonium secundum ritum, et consuetudinem latinorum.

C. 45. *De eodem.*

Post lapsum anni a tempore matrimonii consumati, propter quem lapsum bona confusa sunt liberis non susceptis, vel susceptis, et mortuis utroque parente superstite, si aliquis postmodum ex parentibus ipsis praemoriatur, bona haereditaria inter superstitem, et haeredem defuncti sunt per medium aequalibus portionibus dividenda; et si deficiens testari voluerit, testari potest in dimidio parte haereditatis eum rationabiliter contingente.

C. 46. *De eodem* (1394).

Viro et uxore cum nihil in bonis habeant matrimonium contrahentibus absque doto, filiis non susceptis, vel susceptis et mortuis, quaecumque per eos acquisita fuerint inter eos per medium dividantur.

C. 47. *De iure dotium, et haereditate Graecorum Panormi, et eorum qui contrahunt iure Graecorum* 1353-1795, 667, 829).

Vir panhormitanus, et mulier graeca, et graeci et ambo fuerint vel si alter eorum graecus et alter latinus, vel si etiam ambo latini fuerint, si secundum ritum et graecorum consuetudinem ad invicem matrimonium contrahunt, facta conventione dotis, et dotarii, omnia bona dotalia, quae tempore contracti matrimonii a muliere marito sive mobilia fuerint sive stabilia tribuuntur, in omnem eventum salvae remaneant mulieri, nec cum bonis mariti habitis matrimonii tempore, vel postmodum acquisitis aliquatenus immisceantur. Similiter et bona mariti non admisceantur dotibus vel confunduntur cum eis, etiam si labatur annus a tempore contracti matrimonii, vel ex eo liberi procreentur. Si vero uxor praemoriatur, dos et dotarium et constitutum a viro, nec non et donatio propter nuptias cum integritate redeunt ad dotantes, prout dos ipsa tempore contracti matrimonii data fuit: etiam si durante matrimonio in toto fuerit vel in parte consum-

pta, et infra annum a tempore dicti matrimonii contracti, et consumati ipsa uxor de dotibus ipsis, dotario, et donatione propter nuptias testari nequeat, quolibet alio etiam alienationis genere infra eundem annum et penitus interdicto. Caeterum si existmata fuerit tempore matrimonii contracti, et si nihil aut parum ex ea matrimonio soluto remanserit, vel deteriorata fuerit, eius exstimatio redditur, sin autem res ipsae, vel aequivalentes. Hoc idem servandum est si vir praemoritur, cum omnino dos, dotarium, et donatio propter nuptias mulieri salvae remaneant, nec quicquam aliud de bonis mariti lucrificit mulier, seu bona ipsa mariti quae ante, et post contractum matrimonium habuit, ad haeredes devolvuntur ipsius, nisi vir uxori superstiti aliquid de sua gratuita dimiserit voluntate, vel nisi tempore contracti matrimonii aliquid aliud convenerit inter eos, quo quidem casu non obstante consuetudine supradicta lex conventionis servabitur cum contractus ex conventione leges accipiant.

Quod si filios ex ipso matrimonio susceperint, et aliquis parentum ipsorum testamento condito moriatur, potest et debet filio vel filiis superstitibus quotquot erunt tertiam partem bonorum suorum, et non minus, dimittere quae habuit tempore contracti matrimonii, et eorum quae etiam postmodum acquisivit, reliquas duas partes potest cui vult dimittere iuxta libitum propriae voluntatis. Illud idem servatur in matre deficiente testata filiis superstitibus, quia tertiam dotium, dotarii, et donationis propter nuptias quam habuit tempore contracti matrimonii, et non minus, potest et debet dimittere filiis, reliquis duabus partibus remanentibus eius iuxta dispositionem eiusdem. Si vero aliquis parentum ipsorum intestatus decesserit, tunc quidem in omnibus bonis defuncti filius vel filii ab intestato succedunt.

C. 48. *De successionibus filiorum ad invicem, et collationibus, ac emancipatione ipsorum* (712 e segg. 399).

Parentes duos vel plures filios vel filias habentes, si quidem aliquam vel aliquas ex filiabus tradiderint nuptui, vel aliquis vel aliqui filiorum uxorem duxerint, de bonis eorum haereditariis unicuique ipsorum vel ipsarum pro suo dare poterunt voluntate. Quod si parentes ipsi, vel eorum aliquis posimodum ab intestato

deficiat, remanentibus domi aliquibus ex filiis vel filiabus quae vel qui eondem nuptae vel uxorati fuerint, hi qui domi remanserint ad bonorum successionem perveniunt, et eis defertur haereditas; et volentibus uxoratis fratribus et maritatis sororibus simul cum eis succedere, ita demum ad successionem admittendi sunt cum eisdem, si bona quae ipsi de bonis parentum, cum uxorati vel maritatae fuerunt, habuerunt, cum fratribus et sororibus conferant, quae si conferre noluerint, et de bonis ipsis reputaverint se contentos, reliqui fratres et sorores soli ad successionem bonorum deveniunt. Eo nihilominus observato ut statim ac mulier a parentibus fuerit maritata, vel filius uxorem duxerit, pro emancipatis in posterum habeantur, et liberentur a patria potestate.

C. 49. *De testamento minoris, et aetate ipsius* (819, 820, 411).

Minor post quartumdecimum annum aetatis de bonis suis testari potest, et non infra, et octavo decimo anno completo, maior efficitur, et res suas legitime administrat.

C. 50. *De tutore testamentario, et dativo* (294, 316, 292, 374, 317, 326).

Viro ab intestato praemortuo vel condito testamento nihilque pupillis filiis de tutore disposito, uxor superstes filiorum tutelam gerere potest, si fuerit honesta, et diligens administratrix, dummodo ad secunda vota non transeat. Ita tamen matres ipsae de bonis omnibus pupillorum ipsorum, mox quam poterunt, inventarium solemniter et fideliter conscribi faciant, et alias solemnitates adimpleant, antequam tutelas ipsas attingant, quae sunt per iura communia introductae, ne fraudandi pupillos eosdem ipsis matribus occasio seu materia relinquatur. Si vero ad secunda vota convolaverint, tutor legitimus si fuerit ad administrandum idoneus, authoritate Curiae, inventario publico confecto de pupillorum bonis, ipsorum tutelam gerit, quo non invento, virum idoneum ex officio suo Curia ipsis pupillis tutorem constituat.

C. 51. *De bonis minorum alienandis ex causa* (389).

Iusta causa interveniente, vel necessitate imminente pupillis, et minoribus, ipsorum bona cognita causa, et decreto Curiae interposito, obligari et alienari possunt, nec id quod geritur, processu temporis retractatur.

C. 52. *De pignoribus* (1948).

Re mobili pignori obligata, si in termino constituto debitum solutum non fuerit, ad redimendum pignus quindecim dierum dantur induciae debitori, in quo quidem termino si solutio debiti differatur, creditor cum authoritate curiae pignus ipsum vendere poterit, et se de suo debito quietare.

C. 53. *De iureiurando super debito* (1320 e segg.).

Inter creditorem et debitorem si quando de quantitate debiti quaestio forsitan oritur, si quidem creditor integrae famae fuerit, sacramento creditoris ipsius pignori incumbentis stabitur usque ad valoris pignoris quantitatem, nisi debitor probare per instrumenta, vel testes contrarium sit paratus. De residuo vero probationum inopia, debitoris qui non sit famae suspectae stabitur iuramento.

C. 54. *De Locationibus* (1575, 1588 e segg. 1607).

Domus vel possessio locata ante constitutum tempus locationis conductori auferri non debet, praeterquam si dominus habitatione ipsius domus indigeat, vel ex necessitate velit in ea componere bona sua, aut quotibet alio titulo alienare, aut si male conversetur inquilinus, vel colonus in ea. Caeterum si inquilinus, vel colonus sua voluntate ante finitum tempus locationis ab ipsa exierit, totam tenetur solvere pensionem. Eodem per omnia observando si inquilinus etiam moriatur. Eo vero per locationem ante tempus expulso, exceptis casibus supradictis, usum habitationis ipsius per mensem, seu annum, quo locata possessio fuerit, lucrifaciat, et quidquid ex eo locator perceperit eidem restituere tenatur. Et si postmodum possessio fuerit interversa per conductorem, statur sacramento locatoris, constito sine libello, et strepitu iudicii, et semplena de locatione praedicta.

C. 55. *De rebus in gabella datis* (1389 e segg.).

Domu, vinea, vel quaecumque possessione in gabellam data, pacta et tempora quae in contractibus intervenerunt servanda sunt, in duobus tamen casibus contractus gabellae rescinditur videlicet si possessionem in gabellam datam dominus voluerit vendere, vel in dotem dare, excepto si pro neutro istorum gabellam infringi posse inter contrahentes actum fuerit vel expressum.

C. 56. *De divisionibus inter fratres, et cohaeredes faciendis* (734, 733, 762).

Vivere fratribus in communi nolentibus, et volentibus paternam et maternam haereditatem dividere inter eos, maiori natu datur divisio celebranda, et minori optio conceditur eligendi, adventitiis, et legatis communibus sorte inter cohaeredes, et legatarios faciendis. Quae divisio fiat in praedictis casibus sine strepitu iudicii et libello, constito summarie sacramento petentis de communitate bonorum ipsorum et fraternitate.

C. 57. *De poena debitoris debitum non solventis* (1931, 1218 e segg.).

Debitores in solutione debiti cessantes et dicentes se bona stabilia, mobilia et se moventia non habere, anno uno continuo sunt in carcere detinendi, quo elapso si non solverint debitum, praestito iuramento ut quidquid acquirere vel lucrari poterint deductis expensis vitae competenter necessariis, creditoribus suis solvant fideliter usque ad integram debiti quantitatem, a carcere liberentur. Is vere qui debitor ex iniqua causa descendente ex maleficio vel quasi efficitur, tandiu est detinendus in carcere, quousque reddat debitum universum. A carceratis tamen per quemcumque iudicem, vel officialem pro causa hac, vel aliqua alia ultra granos decem pro custodia carceris non est aliqualenus extorquendum ad hoc quando pernoctaverint in carcere, palatio, sive castro.

C. 58. ***Quomodo et quando liceat filiis partem haereditatis a matre petere*** **(300, 317, 319).**

Patrefamilias mortuo dimissa uxore et liberis superstitibus, si mater ad secunda vota convolare voluerit, liceat filio vel filiis, aut filiabus omnia bona eorum provenientia eis tam iure naturae, quam iure successionis paternae, vel quocumque alio iure a matre superstite repetere, per se et suos prout elegerint procurando, nisi forte pater praemoriens aliquid in administratione ipsorum bonorum liberis in ultimo sua constituat voluntate, quo quidem casu voluntas testatoris servabitur.

C. 63. ***De domibus existentibus super moenibus civitatis, et specialiter super moenibus Cassari Panhormi.***

Panhormitani cives ex antiqua consuetudine possunt habere, facere et construere domos super moenibus et muris civitatis, et specialiter super moenibus Cassari Panhormi, et ipsas domos possunt tenere, possidere, vendere, permutare, donare et legare ut propria libere, ac sine aliqua servitute pro ipsis domibus Curiae specialiter facienda. Et si quando caderent moenia super quibus sunt domus aliquorum civium, Curia suis expensis debeat ea facere reparari, et refici usque ad fumum, sive usque ad primum solarium, et in ipsis domibus tantum liceat civibus Panhormi facere mergulos, et propugnacula. In aliis vero domibus quae sunt infra civitatem separatae et divisae a moenibus Cassari, et aliis moenibus civitatis praedictae, nulli liceat construere, sive construi facere mergulos, et propugnacula super ipsis et si forte facti fuerint merguli, et propugnacula in aliqua ex domibus, quae non sunt super moenibus antedictis, dirui debent expensis illius qui ea fecit, vel fieri fecit, de mandato et auctoritate Praetoris. Quando vero caderent et ruunt moenia in quibus non consistunt aliquae domus civium, Curia ea usque ad mergulos suis expensis in totum debet facere reparari.

C. 66. *De censualibus a Curia Regia, vel ab Ecclesiis, Monasteriis, aliisque venerabilibus locis concessis, et in posterum concedendis civibus Panhormi nullo tempore revocandis* (10, 826, 861).

Licet privilegia, et in integrum restitutionis beneficia, quae tam sacrosanctis Ecclesiis, Monasteriis, aliisque venerabilibus locis indulta, atque concessa sunt de iure canonico, et civili de non alienandis, seu permutandis rebus ecclesiasticis, et bonis aliis ad Regium Fiscum spectantibus, nisi in casibus licitis, et permissis, inviolabiliter debeant observari, et concedi non debeant, tamen ex longa, veteri, et antiqua consuetudine civitatis, quae semper fuit a tempore cuius non extat memoria, observatur, et observabitur in futurum, quod ecclesiae omnes, monasteria, aliaque loca venerabilia, praelati et abbates, ac ipsarum praepositi et oeconomi, nec non reges et principes qui pro tempore dominantur in regno, et officiales ipsorum libere possunt cum civibus civitatis iam dictae permutare, seu locare contra leges et canones, vel in emphiteusim, vel ad censum annuum, vel aliquo quoquo titulo civibus Panormi concedere, sive in perpetuum, et irrevocabiliter, vel ad tempus, vel usque ad tertiam, et quartam generationem locare fundos, domos, vel agros, aliaque praedia fertilia, sive sterilia prout inter eos conventum extiterit; et tales concessiones, seu locationes quae factae sunt ab eis, et officialibus eorum, vel quae in posterum fieri, et concedi inter ipsas ecclesias, fundatores, vel donatores earum, monasteria et ipsorum praelatos, atque abbates, aut praepositos eorum sive oeconomos, et cives Panhormi, atque inter Curiam Regiam, vel officiales suos, et eosdem cives super praedictis non obstante iure canonico vel civili, vel ipsarum ecclesiarum consuetudine vel statuto, et constitutionibus factis, et faciendis, firma et illibata sunt, et irrevocabilia erunt perpetuo, dummodo in contractu emphiteotico, censuali, seu quacumque alia locatione, concessione, vel titulo concesso, seu facto vel in posterum concedendo ipsis civibus Panhormi per eosdem prelatos ecclesiarum, et alias supradictas personas, atque Abbates ac etiam per Dominum Regem, et Officiales suos contineatur expresse, vel

in scriptura quae inde fiet, quod si in solutione census, vel servitii debiti per biennium cessatum fuerit, huiusmodi concessio quantumcumque canonice facta fuerit, et sic quodque beneficium in locata re factum ad ius, proprietatem, et dominium Ecclesiae, vel Domini Regis, a quo vel a qua processit concessio, ordinario tantum iudicio revocetur; aequum est enim quod Ecclesiarum census, sive servitii iura in nullo debeant minui; sed semper eorum patrimonium debet servari illaesum, similiter et damnum Reipublicae est in talibus evitandum.

C. 67. *De obligationibus et poenis in instrumentis appositis* (1088, 1324, 1271 e segg.).

Si debitor aliquis confiteatur in instrumento se recepisse mutuo a creditore pecuniam, vel aliquid aliud se debere ex quocumque contractu vel quasi, vel ex maleficio vel quasi, et convenial creditori solvere infra certum tempus sub certa poena, et forsitan obliget creditori proinde aliqua, vel omnia bona sua, in talibus pactis et conventionibus ea servari debent quae inter debitorem, et creditorem conventa sunt. Sed si contineatur in instrumento quod debitor pactus fuerit vel promiserit debitum solvere creditori de plano sine lite, et iudiciorum strepitu, non est opus libello in huiusmodi casu, sed dabitur Iudici simplex petitio in scriptis, et responsione sequuta iudex summario deliberatoriis induciis non concessis, ex officio suo litem seu negotium sententialiter terminabit, nisi legitimae exceptiones opponantur a reo, videlicet quod si idem reus afferet se velle instrumentum probare falsum, aut forte dicat se solvisse pecuniam, aut aliud creditori, vel aliquae aliae exceptiones legitimae opponantur, quae quidem exceptiones admittendae sunt, quia impediunt, et eludunt agentis intentionem. In aliis vero instrumentis, et scripturis publicis emptionum, venditionum, et similium, in quibus non contineatur quod libellus sit remissus per pactum, servetur iudiciarius ordo secundum quod per iura communia est inductum, ac etiam per consuetudinem civitatis. Debitore vero ad solutionem condemnato pro quantitate debiti poena in instrumento contenta, ad quam incidit culpa sua, pacto scilicet, et conventione, vel expressa alterius consuetudinis renuntiatione, per Prae-

torum, et iudices, et non alios cognoscatur, et exigatur, primo creditori de debito in omnem eventum integre satisfacto, cum omnis contractus ex conventione legem suscipiat. Tamen nullus contractus teneat, etsi tabellio, vel Notarius publicus, et testes saltim aliqui illiterati, cum in civitate litteratorum copia habeatur, vocati fuerint, et audiant contrahentes, ut instrumentum sive scriptura, quae inde fieri contingerit, per eosdem postmodum subsignetur et subscribatur.

C. 69. *De servitoribus et mercenariis locandis, ac etiam licentiandis* (1626 e seg.).

Ut quorumdam abusionibus obsistatur, panhormitanis civibus plurimum odiosis, pro communi utilitate civium sicut antiquitus extitit consuetum, sic inviolabiliter in futurum ab omnibus observetur, videlicet si cives Panhormi conducentes mercenarios, vel servitores pro eorum servitiis ad annum, mensem vel hebdomadam pro certa mercede, huiusmodi servitores a servitio non discedant sine licentia dominorum, sed si eorum servitium eis displicuerit culpa vel casu aliquo emergente, vel ipsis non fuerit necessarium aut utile, possunt ipsos licentiare ante terminum inter patronum, et mercenarium, seu servitorem praefixum, soluta mercede mercenario, aut servitori conducto tantum pro rata temporis quo serviunt. Et si forte mercenarius, sive servitor ante terminum constitutum, sine licentia, vel manifesta culpa patroni, seu conductoris a servitio suo discesserit, laborem suum, et mercedem amittit et quicquid etiam pro mercede sua a patrono, vel conductore receperit pro elapso vel futuro tempore, eidem restituere sine diminutione teneatur. Messores, putatores, et zappatores et operarii, constituta eis mercede pro labore quem fecerint, stabunt in servitiis patronorum, vel conductorum quolibet die ab ortu solis usque ad occasum eiusdem, quod si contrafecerint, ipsius diei careant conventa mercede sive solvenda, sive soluta fuerit, de quibus omnibus et singulis supradictis probandis, et solutione dictae mercedis, si exinde quaestio oriatur, stetur solummodo sacramento domini, vel patroni.

C. 72. *De debitis ex turpi causa, et infamibus a testimonio repellendis* (1837 e segg.).

Si quis pecuniam mutuaverit ad taxillos, vel ad quemlibet ludum perditionis, et actio denegatur, et mutuatam pecuniam amittit, nisi per retentionem pignoris sibi cautum fuerit in tarenis duobus, et non ultra. Qui autem promiserit aut convenerit aliquid dare lusoribus ad ludendum non arctatur ad dandum, cum is, cui promissum est, actionem non habent, sed datum non repetitur; cum ex turpi causa non oritur actio, melior est conditio possidentis. Verumtamen huiusmodi lusores qui iusta labore non vivunt, sed ad dutos ex quadam consuetudine ludunt et in ipso ludo conversantur assidue, et nulli alii vacent officio, de quo vivant, inter infames et pro infamibus habeantur. Similiter omnes ii tam qui vendiderunt, quam qui vendunt vinum ad minutum in civitate eadem vel alibi, habeantur pro infamibus et personis vilis conditionis, et famae suspectae, quorum testimonium non recipitur contra homines bonae famae, et si receptum fuerit contra aliquam vel aliquam bonae et honestae vitae et famae, habeatur pro nullo, ac si receptum non esset. Et si forte contigerit aliquos ludere ad datos vel ad vinum, sit cognitio Praetoris, et iudicum civitatis ipsius, quos condemnare possint in tareno auri uno tantum, et non plus si ad vinum, et ad pecuniam in dimidio augustali, nulla exinde iustitiariis, vel aliis officialibus quantumcunque maioribus iurisditione servata.

C. 74. *Quod animalia empta et vendita, post quadraginta dies, occasione morbi, vel vitii non possint restitui venditoribus* (1494).

Licet iura dicant quod si aliquis emat equum, vel aliquod aliud animal quod sit in causa redhibitionis, potest emptor agere contra venditorem redhibitoria actione infra sex menses; tamen ex antiqua consuetudine civitatis semper, et omni tempore fuit taliter observatum, quod etiam in posterum observetur, quod si aliquis civis Panhormi vendiderit, et ex causa ipsa assignaverit aliquod animal ut puta equum, vel equam, mulum, asinum vel

asinam, bovem vel vaccam, et similia emptori alicui, elapsis quadraginta diebus tantum a die vendiennis, et assignationis nuncerandis occasione alicuius morbi, vel vitii latentis in vendito animali, non debet actione redhibitoria conveniri, nec tenetur ad restitutionem pretii, et ad receptionem venditi animalis.

C. 80. *Ne bona uxoris capiantur ob culpam viri, nec filii ob delictum parentum debita portione priventur* (1336, 1376, 1407)

Licet maritus, et uxor tam de iure civili, quam etiam municipali ambo sint domini rei dotalis, et bonorum omnium eis undecumque provenientium, et videatur quod bona ipsa de communi consensu possint expresse, vel tacite obligari, tamen ne ob virorum culpam, aut propter fragilitatem sexus uxores ad repentinam deducantur inopiam, ex antiqua et veteri consuetudine civitatis inductum est, et observabitur in futurum, quod ex delictis, et obligationibus maritorum mulieres in personis et rebus nullam substineant laesionem, cum iniustum, et iniquum sit quod ob culpam viri uxoris bona rapi debeant vel uxores quae non peccaverunt, dotes earum amittant, et remaneant indotatae, cum iura dicant quod mulier, etiam constante matrimonio, si vir vergat ad inopiam, possit petere dotes suas. Caeterum si aliqui cives Panburmi crimine aliquo publico vel privato damnati, vel qui iuste damnabuntur in posterum, aut qui forte bona Curiae, Ecclesiae, vel alteri privatae personae pro se, vel pro quocumque alio obligant, uxores eorum dotes, dotarium, et donationem propter nuptias, vel portiones seu loco dotium contingentes de bonis communibus, et confusis propterea non amictant, ut supra dictum est. Sed si contingerit bona virorum capi ob aliquod crimen quod tangat etiam Maiestatem, vel aliquam aliam obligationem vel causam, uxoribus eorumdem dotes, dotarium, donatio propter nuptias, aut portiones ipsas contingentes de bonis communibus et confusis iuxta superiorem consuetudinem salvae integrae, ac intactae debeant remanere. A filiis etiam sub potestate patria consistentibus tertia pars eis debita de bonis patris et maternis ob delictum sive maleficium, vel obligationem parentum suorum nullatenus auferatur, cum culpa tantum suum

authorem prosequi debeat, nec aliquis ex alterius peccato puniatur, vel qui innocens est puniri non debeat pro nocente.

C. 84. *De solutione terragiorum* (1615 e segg.).

Quicumque civis Panhormi seminaverit victualia, vel legumina in terris vacuis alterius civis Panhormi, vel alicuius qui civis non sit, vel Curiae sive alicuius baronis, vel feudatarii seu alicuius Ecclesiae absque pactione, et licentia, vel cum licentia, et sine pactione, nullius praecedente iusta prohibitione, ex ipsius civitatis antiqua et obtenta consuetudine tenetur dare patrono, seu domino terrarum, vel Curiae, si terrae fuerint Curiae vel Ecclesiae, tempore messium, vel recollectionum ratione terragii, in area scilicet, tantam quantitatem victualium, quantam in eisdem terris per iuramentum proprium, aut per aestimationem proborum virorum iuratorum ipsum constiterit seminasse. Ceterum si pacta interveniant de maiori, aut minori quantitate victualium, aut forte de pecunia solvenda, aut de aliis rebus dandis pro terris ipsis inter agricolas, vel seminatores et patronos terrarum, seu terras possidentes, et procurantes, ea inviolabiliter debent servari. Praeterea usus novalium, vel Kisimarum factarum in ipsis terris pro sequenti anno pertinet ad eos, qui ipsas fecerunt, terragio, ut dictum est superius, patronis, et dominis terrarum Curiae vel Ecclesiae, si terrae suae fuerint, semper salvo. De leguminibus autem, lino, cannpe seminatis in terris ipsis laboratores nihil tenentur pro terragio solvere dominis, et patronis terrarum ipsarum, nisi quid de solvendo pactum interveniat inter eos. Et si forte aliqua pestilentia vel sterilitate aeris ingruente, vel quoquo modo segetes messae non fuerint, aut casualiter forte fuerint igne crematae, exactio, et solutio terragii pro ipsis segetibus cessat omnino. Agricolae etiam seminantes, vel seminari facientes in terris ipsis, pro pascuis boum, equitaturarum, asinorum, gallinarum, anserum, et trium, vel quatuor porcorum patronis, et dominis terrarum ipsarum Curiae, vel Ecclesiae aliquid solvere non tenentur.

CONSUETUDINI DI MESSINA (1)

C. 1. ***De bonis viri et uxoris, et quot partes fieri debeant, si quando ea bona cum filiis dividantur***

Viri et uxoris bona omnia a quacumque parte perveniant, natis filiis confunduntur, et unum corpus efficiuntur. Saeptus enim scriptum est, et in toto Regno consuevit, quod ex quacumque causa viro vel uxori aliqua bona pervenerint, natis filiis communia sunt inter eos; et volentibus viro, et uxore dividere cum filiis, tertia pars bonorum debetur patri, altera matri, reliqua tertia filio vel filiis.

C. 2. ***Pater et mater viventes quid possint filiae nubenti vel filio emancipato de bonis suis dare, et cum quibus dividantur bona remanentia.***

Pater et mater viventes si voluerint filiam viro tradere, liceat eis dare in dotem de bonis suis pro velle eorum. Si vero filium emancipare voluerint, de tertia eorum possunt ei pro velle suo dare, ultra partem sibi contingentem de tertia, quam cum fratre vel fratribus habent communem, quod si omnes filios vel filias forfamiliaverint, et partem bonorum acceperint, inter patrem et matrem bona reliqua dividuntur.

(1) Le *Consuetudini di Messina e del suo distretto* (*sui districtus*) sono in parte dei tempi normanni e svevi, ma aumentate e corrette sotto i re aragonesi. Furono pubblicate in Palermo nel [illegible].

C. 3 *Patre et matre viventibus an filius possit de bonis eorum aliquid petere* (194 e segg.)

Utroque parente vivente filius etiam factus maior de bonis communibus portionem petere non potest.

C. 4 *Defuncto patre vel matre ab intestato pars praemortui cui cedat* (667).

Praemortuo patre vel matre ab intestato, filio vel filiis viventibus cum patre vel matre superstite, tertia pars praemortui cedit filiis. Et sic iidem filii habent duas tertias partes bonorum, unam debitam sibi iure naturae, alteram parentis praemortui

C. 5 *Praemortuo patre vel matre, scripto testamento, quid iuris sit de portione defuncti* (829 e segg.).

Si vero praemoriatur pater testatus, eius stabitur testamento, dummodo in eodem testamento de tertia sua portione filios recognoscat. Sed si mater praemoriatur testata, potest de mobilibus tertiae portionis suae pro velle testari, stabilia vero, ea mortua, cedunt filiis. Et si non sunt ei mobilia potest de stabilibus portionis suae tantum usque ad medietatem valoris eorundem stabilium iuxta extimatorum pro velle testari.

C. 6. *Praemortua matre vel patre filii nolentes cum superstite in communi vivere, quam partem bonorum petere possint* (298, 300 e seg.)

Si mortua matre, filius maior factus, noluerit in familia patris manere, sed per se vivere voluerit, patre nolente ei pro posse fideliter administrare, non cogitur pater illi dare nisi tertiam tantum a matre praemortua ei provenientem. Reliquam tertiam eidem filio suo iure debitam pater quoad usufructum sibi retinere potest, proprietate tamen filio reservata, donec ad secunda vota convolare noluerit. Si vero secundam uxorem duxerit, filius medietatem usufructus alterius suae tertiae partis petere potest, aliam medietate patri remanente. Patre autem mortuo, matre superstite, si filius in communi cum matre vivere no-

fuerit, duas partes sibi competentes, a matre ipse filius petere potest.

C. 7. *Quando pater vel mater cum tertia sua transit ad secunda vota, quomodo filii primi et secundi matrimonii succedant in eius tertia praemortui ab intestato* (667-829).

Vir praemortuo uxore vel uxor praemortuo viro ad secunda vota cum tertia sua libere potest transire, et tertia illa cum bonis secundi viri vel secundae uxoris, natis filiis, unum corpus efficitur, quo mortuo vel quo mortua ab intestato omnia bona illa in tres partes dividuntur, quorum tertia debetur viro vel uxori superstenienti, et altera tertia filiis illius secundi matrimonii. In reliqua omni praemortui tam filii primi quam secundi matrimonii succedunt in capita. Si vero testamentum condident, et de tertia sua filios primi matrimonii non recognoverit, tanquam ab intestato similiter succedunt.

C. 8. *Unde solvenda sint debita eius qui de primo et secundo matrimonio filios suscepit* (791 e segg.).

Debita quae apparent facta tempore primi matrimonii, solvi debent de bonis filiorum primi matrimonii et de tertia, quam pater vel mater ab illis filiis divisit, cum qua ad secundo vota transivit. Debita vero facta tempore secundi matrimonii solvi debent de bonis secundi matrimonii et de praedicta tertia quae cum ipsis bonis, natis filiis, confusa est. Debita vero quae rationabiliter facta apparuerint medio tempore inter primum et secundum matrimonium, de communibus bonis solvi debent.

C. 9. *Filio defuncto, patre et matre viventibus, cui cedat eius portio, et eo casu subsequente morte patris, quid iuris habeat uxor in bonis mariti* (668, 1377, 1418).

Filio nato et praemortuo, patre et matre superstitibus, quilibet eorum in tertia illius pro dimidia parte succedit, et sic omnia bona sunt inter eos communia. Et in hoc casu, vire defuncto, uxor superstes optionem habet, vel dimidiam partem omnium bonorum sibi retinere vel dotem suam repetere salvo iure

cognatis eiusdem viri legitimis successoribus (si bona fuerint stabilia) redimendi ea pro quanto fuerint iuste extimata valere.

C. 10. *Patre vel matre praemortua, filiis cum superstite remanentibus in minori aetate vel ab intestato premortuis, ad quem spectent bona eorum* (655, 668, 670).

Patre praemortuo, filiis minoribus cum matre remanentibus et in minori aetate vel ab intestato praemortuis, bona eorum stabilia si provenerint eis a matre, ad eandem revertentur, si a patre provenerint, ad proximiores patris. Similiter praemortua matre, patre superstite, revertantur. De mobilibus vero tertia pars, quae eis iure suo provenit, ad patrem vel matrem superstitem devolvitur. Reliqua vero tertia quae iure paternae vel maternae successionis eis acquisita est ad proximiores defuncti patris vel matris revertitur.

C. 11. *Praemortuis patre et matre, filiis postea defunctis, ad quem bona eorum pertineant* (655, 672).

Utroque parente praemortuo, filiis eorum in minori aetate vel ab intestato postea defunctis, bona stabilia ad eam partem revertuntur a qua provenerunt. De mobilibus vero una tertia ad proximiores patris, altera ad proximiores matris devolvitur.

C. 12. *Viro vel uxore premortua non natis filiis ad quem bona defuncti pertineant* (1377, 634, 818)

Viro praemortuo filiis non susceptis, mulier superstes dotem et dotarium suum consequi debet. Reliqua vero bona praemortui ab intestato pertinent ad proximiores, ex testamento pertineant ad eos quibus ipse in testamento reliquerit. Uxore praemortua extinguitur dotarium, et dos ad dotantem revertitur. Sed si vir voluerit eam propriis sumptibus sepelire, lectum cum toto apparatu suo quo fuerit prima nocte nuptiarum matrimonii, habere debet, si extat. Si autem non extat cum meliori apparatu, qui eo tempore in domo inveniatur. Quae si testari voluerit potest quidem de mobilibus, de stabilibus vero minime, nec marito nec extraneis testari potest quo ad proprietatem.

C. 13. *De re stabili dotali non alienanda* (1367 e segg.)

Rem stabilem nec vir cum consensu uxoris, nec uxor cum consensu viri, non susceptis aut non existentibus filiis, vendere vel alienare possint, nisi cogente magna necessitate discussa et cognita per Curiam Messanae.

C. 14. *De dote reddenda, et de expensis a viro factis in re dotali* (1377 e segg.).

Res stabilis dotalis qualis fuerit tempore reddendae dotis sive melior sive deterior facta, qualis eo tempore fuerit, reddatur. Si vero maritus solum vel fundum vacuum in dotem receperit, et cum de propriis aedificaverit, is ad quem revertitur dos, utiles et necessarias expensas in aedificio factas reddet ei in ea quantitate, qua tunc ipsum aedificium valere extimabitur, quia aedificium solo cedit. Guarnimenta autem et supellectilia qualia eo tempore fuerint reddantur.

C. 15. *Viro et uxore sine bonis matrimonium contrahentibus quid iuris sit de bonis eorum postea quaesitis* (1394).

Viro et uxore sine dote et dotario (cum uterque nihil in bonis habeat) matrimonium contrahentibus, filiis non susceptis vel susceptis et praemortuis, quaecumque acquisita sunt bona, communia sunt.

C. 16. *Quando mulier filiorum suorum tutelam gerere potest et de tutoribus minoribus dandis* (294, 316 e seg., 319, 320).

Viro ab intestato praemortuo, vel ab eodem testato nihil de tutore disposito, uxor superstes tutelam filiorum gerere potest nulla iuris observantia perquisita, si fuerit honesta et diligens administratrix, et fideliter administraverit, quousque tamen ad secunda vota convolaverit. Si vero ad secunda vota convolaverit, tutor legitimus si fuerit ad administrandum idoneus, auctoritate curiae eorumdem pupillorum tutelam gerere potest, facto inventario. Si autem legitimus non invenitur, curia ex officio suo virum idoneum ipsis pupillis tutorem constituat. Sed viro testato

defuncto, tutor ab eodem in testamento constitutus ex sola testamenti auctoritate tutelam minorum administrat.

C. 17. *Apud quem minores educari debeant* (373, 377).

Minores apud tutorem suum educari debent, excepto si mater vel amita educare voluerit, et tunc a tutore pro eorum educatione vitae necessaria eidem matri vel amitae dantur.

C. 18. *De rebus minorum, et maiorum absentium sine decreto curiae non alienandis* (380).

Imminente iusta necessitate pro qua res minorum obligari debeant vel alienari, necessitatis causa per curiam discussa et cognita, possunt res minorum cum decreto curiae obligari et alienari, nec aliquando retractantur. Res etiam maiorum et absentium per curiam cum causae cognitione alienatae vel in solutum datae irretractabiles permanent.

C. 19. *Quando minor testari possit, et quando maior efficiatur et rerum suarum administrator* (411, 819 e seg.).

Minor post quartum decimum annum completum testari potest, et decimo octavo anno completo maior efficitur, et deinde res suas legitime administrare potest.

C. 20. *De quibus bonis filius familias testari possit* (819 e seg.).

Filius familias utroque parente vivente de bonis eorum praeter voluntatem et consensum ipsorum testari non potest. De peculio vero suo pro velle testari potest.

C. 21. *De puellis minoribus* (204, 394, 390).

Puella minor si nupserit maiori, cum auctoritate viri sui res suas a tutore petere potest.

C. 22. *De exhaeredatione liberorum, et spuriis* (848, 678 e segg.).

Filius vel filia a paternis bonis ex his causis a patre exhaeredari possunt, ex quibus per leges exhaeredantur. Mater vero

eos exhaeredare non dicitur. Spurii et non legitime nati non exhaeredantur. Do spuriis vero et incestuosis dicimus quod non possunt succedere in haereditate parentum.

C. 23. *Quando filia nupta et dotata vel filius emancipatus possit cum fratribus vel sororibus ad paternam vel maternam successionem venire* (762 e segg.).

Filia nupta et dotata a patre et matre vel ab altero eorum, remanentibus fratribus et sororibus in familia, mortuo patre vel matre ab intestato potest filia, facta collatione dotis si voluerit, ad paternam vel maternam successionem venire cum fratribus et sororibus, qui in familia remanserunt. Idem potest filius emancipatus.

C. 24. *De divisionibus inter fratres cohaeredes faciendis* (734 e segg. 753).

Fratribus nolentibus in communi vivere et volentibus paternam vel maternam haereditatem dividere, manu notu datur divisio celebranda, et minori conceditur optio eligendi. Et sic de gradu in gradu usque ad maiorem. Advenientia vero et legata inter cohaeredes legatarios sorte dividuntur.

C. 25. *De divisione facta inter quamlibet personam* (808 e segg.).

Re stabili communi inter aliquos de comuni voluntate divisa, postquam quilibet portionem suam agnoverit, et ea contentus fuerit, nullo tempore vel aliquo causa per aliquem eorum vel ipsorum haeredes divisio retractari potest.

C. 26. *De publicis contractibus* (1271).

Nullus privatus contractus valet aut tenet nisi a duabus vel pluribus idoneis testibus fuerit roboratus.

C. 27. *Quando mulier obligari non potest, et quando potest.* (206 e segg.).

Uxor sine viri sui auctoritate nec se, nec sua obligare potest. Sed cum mariti sui auctoritate, susceptis filiis, obligari po

test, si pro comuni utilitate vel necessitate obligatio contracta fuerit. Mulier quoque virum non habens se et suo obligare potest.

C. 28. *De poena in contractu apposita* (1179 e segg.).

Nulla poena in privato contractu opposita solvitur, praeterquam si in arbitrorum instrumento apponatur, excepto si de poena fiat publicum instrumentum, et ita servatur in Curia Messanae.

C. 29. *De arbitris*

Facto in aliquos a partibus compromisso cum poenae oppositione, firma est arbitrorum sententia in civili negotio. In criminali etiam in quo non esset poena sanguinis per curiam infligenda. Item sententia arbitrorum promulgata, si aliqua pars dixerit se arbitrum habere suspectum, videlicet quod contra conscientiam sententiam iniquam pronunciaverit, tenetur arbiter se inde iuramento purgare.

C. 30. *De venditione rerum stabilium* (1427).

Venditiones rerum stabilium debent per curiam celebrari, quae cum fuerint debita solemnitate peractae, scilicet cum designatione rei venditae per publicum notarium publice facta et instrumento confecto per eundem etiam suprascriptionibus iudicum et straticoti communito, nunquam ab ipsis venditoribus vel eorum haeredibus ex aliqua causa retractari possunt.

C. 31. *De iure prothimiseos* (1693 v. supra pag. 10)

Ius prothimiseos competit tam ratione consanguinitatis quam contiguitate loci. Et habens prothimisem ex consanguinitate usque ad tertium gradum praefertur ei qui habet ex contiguitate loci, dummodo is qui petit sit ex ea consanguinitate per lineam descendentem, a quo res venalis pervenisse dignoscitur. Re stabili vendita et publico notario locum venditum publice designante et ei qui habet ius prothimiseos denunciatione praemissa per curiam, quousque publicum instrumentum venditionis non fuerit debita solemnitate peractum, is qui habet prothimisem iure prothimiseos uti potest. Vendita re stabili absente eo cui ius prothimiseos competit,

si idem absens infra annum redierit, et usque ad dies quindecim post reditum se curiae praesentaverit, et rem stabilem venditam iure prothimiseos habere petierit, restituto integro pretio primo emptori, et solutis eidem iustis expensis ipsam rem habere potest.

Ecclesiae monasteria, comites et barones ius prothimiseos in civitate Messanae non habent.

C. 32. *De gabellis* (1589).

Domo, vinea vel qualicumque possessione data in gabellam, ex duabus causis gabellae contractus rescindi potest scilicet pro dote danda, et venditione, praeterquam si rei dominus qui in gabellam dedit, expresse se obligaverit non posse pro neutro istorum impedire vel infringere gabellam, renuntiando consuetudini nobilis civitatis Messanae, quia omnis contractus ex conventione legem accipit.

C. 33. *De locationibus domorum* (1588 e segg. 1971).

Domus locata auferri non potest ante constitutum tempus locationis praeterquam si dominus qui locat vel in ipsa domo habitare, vel res suas ex necessitate in ea ponere voluerit. Si vero conductor ante finitum tempus conductionis ad propriam domum migrare voluerit ad habitandum, seu ad alias partes domicilium mutare voluerit, potest dummodo transacti temporis solvat laborum, ultra non tenetur. Locator vero domus pro pensione sibi non soluta potest per se res inquilini auferre et retinere, donec pensio sibi solvatur.

C. 34. *De debitis ex turpi causa* (1837 e segg.).

Si quis pecuniam mutuaverit ad taxillos vel ad aliquem ludum perditionis, et actio denegatur, et debitum amittit, nisi per retentionem pignoris sibi cautum fuerit. Si autem convenerit aut promiserit aliquid dare, is cui promissum est, actionem non habet, sed datum non repetitur; cum in turpi causa melior sit conditio accipientis vel possidentis.

C. 35. *De usuris* (1777 e segg.)

Usurae datae non repetuntur, nec in sortem debiti computantur. Dandae dari non coguntur, praeterquam viduis et pupillis, dummodo sint modernae.

C. 37. *Quando mulier non potest comparere in iudicio* (204).

Mulier virum habens non habet caput standi in iudicio sine viri sui auctoritate.

C. 38. *Quando quis carcerari non debeat* (1981)

Nemo pro civili causa incarceretur, si fideiussorem dare potest.

C. 40. *Qualiter debitores sunt ad solutionem cogendi.* (1931 e segg., 1221 e segg.).

Debitore ad solutionem condemnato, de mobilibus eius vel se moventibus si compareant, prius satisfaciendum est creditori, quibus non comparentibus, vel fideiussoriam cautionem prestabit de solvendo vel in carcerem detrudetur usque ad XV dies ibi detentus, ut taedio carceris affectus (si sunt ei mobilia) solvat quod debet. Post XV vero dies eodem dicente se mobilia non habere, eius statur iuramento. Debitoris vero ad solutionem condemnati rebus stabilibus comparentibus, non inventis mobilibus, creditor in possessionem earum rerum per curiam mictitur pro mensura debiti declarati, tenendo usque ad annum, pensionibus vel proventibus quos inde perceperit in solutionem debiti non computatis. Post annum vero si creditori a debitore non fuerit satisfactum, res (cuius data fuerit possessio) eidem creditori datur per curiam in solutum, eiusdem rei valore iuste extimato, pro debiti quantitate. Debitor qui se dicit mobilia non habere, et nec in se moventibus nec in stabilibus est solvendo, quadraginta et quinque diebus in carcere detinetur, quibus decursis, si debitum non solverit (prestito iuramento quod quicquid acquirere vel lucrari poterit, deductis expensis vitae necessariis, creditori suo fideliter solvet usque ad integram debiti so

lutionem) a carcere liberatur. Debitor vero qui non imminente fortuito casu, sed ex fraude et iniquo causa debitor est, tamdiu in carcere detinetur, quousque reddat universum debitum.

C. 48. *Novae constitutiones factae anno Domini M. CCC. XXII die primo novembris, VI indictionis. Ad interpretationem primae consuetudinis, quod male quaesita si maritus aut pater de eis disposuerit vel testatus fuerit, prius deducantur et postea remanentia bona dividantur.*

Non est novum quin de consuetudinibus et statutis scriptis et non scriptis, quantumcumque veterrimis, inter litigantes nova quaestio seu dubietas oriatur.

Sed sicut novae questiones et dubitationes emergunt, ita et nova debent decisionum medicamenta praestari.

Universitas igitur Messanensis deliberato consilio et omnibus solemnitatibus quae ad hoc requiruntur, observatis, antiquam consuetudinem Messanae (quae dicit quod viri et uxoris bona etc.) hoc modo interpretata est, ut sublatis lucris sordidis et male quaesitis, de residuo tantum praefatis patri et matri et filiis tertia debeatur: propter quod si testatur idemque maritus et pater in ultimis suis vel quolibet mortis periculo constitutus vel constituendus in brevi, puta ad bellum vel alio (ubi immineat mortis periculum) sit iturus, invenerit de sordidis lucris seu male quaesitis habere se aliquid, illud vel tantundem de universo patrimonio tamquam restitutioni subiectum, sicut et alia constantis matrimonii debita, deducantur, per ipsum patrem vel per quem ipse statuerit, illis a quibus ablatum fuerit, vel piis locis resignandum, et residua tantum uxori et filiis ac patri per tertiam dividantur, ne maritus et pater in perpetuum lugeat, et uxor et filii irrationabiliter lucrificerent aliena.

Si vero non sit in ultimis vel mortis periculo constitutus vel in brevi constituendus sed in senectute vel senio (quo casu non est verisimile ipsum ut suae salutis immemorem deierare) et invenerit (ut praedictum est) lucra sordida et male quaesita se habere, illa demum de medio, ut praedictum est, detrahat, si in continenti idest infra mensem vel tardius manualiter restituat, sicut superius est expressum.

C. 49. *Mortua matre, patre superstite quam partem bonorum filii petere possint et venit ad correctionem primae partis sextae consuetudinis* (298 e segg., 194 298)

Item matre mortua, pater superstes in tota vita sua sit usufructuarius bonorum communium inter eum, dictam uxorem, et filios suos, remanentium post obitum dictae uxoris suae, et idem filii in minori vel in maiori aetate constituti manentes cum patre eorum vivere et manere, de ipsis bonis (dum ipse pater vixerit et secundam uxorem non duxerit) aliquam portionem eis contingentem tam iure materno quam materna successionis secundum consuetudinem Messanae petere et habere non possunt, nec pater eis dare cogatur. Sed idem pater teneatur eisdem filiis suis secundum suam conditionem et facultates alimenta praestare, consuetudinibus Messanae, aliis editis, praesenti consuetudini forte contrariis non obstantibus quoquo modo, proprietate bonorum ipsorum filiis eisdem secundum ipsas consuetudines ubilominus reservata.

Item si dictus pater aliam uxorem duxerit, praedicti filii possunt petere et habere portionem ipsorum bonorum eis contingentem iure materno successionis, quo ad usufructum et proprietatem. Reliqua vero tertia eorumdem bonorum dictis filiis contingente iure naturae dicto patri eorum quoad usufructum in vita ipsius patris tantum reservata.

C. 50. *Pro instrumentis registrandis*

Anno Dominicae incarnationis MCCXVII, die XI ianuarii, XI indictionis iniunctum fuit per curiam Messanae omnibus notariis publicis civitatis eiusdem ut abinde in antea debeant registrare et ponere series instrumentorum omnium per eos faciendorum in actis eorum cum omnibus nominibus iudicum et testium.

C. 51. *De instrumentis publicis faciendis.*

Septima decimo martii quartae indictionis. Provisum est per strati cotum et iudices civitatis Messanae et per ipsam universitatem ut sit omodo consuetudo ex certo sciencio introducta a tota universitate praedicta quod nullum instrumentum debiti vel ven-

ditionis vel cuiuslibet alterius contractus publicetur, nisi vocata parte quae tangitur fiat publicatio praedicta, nec ullam habeant firmitatem.

C. 52. *De praesentatione instrumentorum*

Quinto die martii quartae indictionis. Anno Incarnationis Domini MCCCXI. Provisum statutum et ordinatum est per curiam civitatis Messanae de consilio omnium advocatorum curiae praedictae ac de assensu et voluntate civium universitatis ipsius ut habeatur amodo pro consuetudine scripta, quod in omnibus instrumentis conficiendis ex quibuscunque contractibus (ex quibus tam secundum antiquam consuetudinem scriptam in civitate Messanae quam secundum aliam novam consuetudinem scriptam ius prothimiseos competit tam iure sanguinis quam contiguitatis loci) habeatur pro una ex solemnitatibus instrumentorum ipsorum quod necessario debeant intervenire praesentationes instrumentorum ipsorum apud acta Curiae Messanae et scribatur dies praesentationis ipsorum per notarium actorum in finibus vel circa fines instrumentorum ipsorum et quod debeant ipsa instrumenta ex ipsis contractibus facta stare et detineri per integrum triduum in actis curiae supra dictae, die praesentationis non computato.

Et aliàs non habeantur instrumenta ipsa pro omni solemnitate vallata, sed tamdiu competat et peti possit ius prothimiseos quamdiu in ipsis instrumentis non apparuerit scriptus dies praesentationis eorum.

C. 53. *Ex quibus contractibus ius prothimiseos competat*

Vicesimo Novembris VII. indictionis. Anno incarnationis Domini MCCXCIII. Provisum et ordinatum est per universitatem Messanae quod ius prothimiseos competat tam iure sanguinis quam contiguitatis loci ex omni contractu celebrato inter contrahentes ex quo transfertur dominium utile vel directum, nihilominus consuetudine antiqua quantum ad solemnitates subscriptionum in suo robore permanente. Excepto in dotibus dandis, haereditatibus, legatis, divisionibus et quibuslibet contractibus initis inter paren-

tes et liberos in infinitum, et fratres et sorores et filias fratrum et sororum.

C. 54. *Ex quibus contractibus ius prothimiseos competat, et venit ad declarationem praecedentis constitutionis.*

Anno Domini M. CCC. II. die primo novembris VI indictionis. Cum sit de antiquis consuetudinibus civitatis Messanne quod in venditionibus rerum stabilium per eorum celebratis ius prothimiseos competat, tam ratione sanguinis quam contiguitatis loci; et propterea quod in eis diversae fraudes fiebant, et quod veraciter vendebatur, commento fraudis in donationibus, permutationibus et aliis diversis contractibus simulate concipiebatur, actum extitit et in novam consuetudinem deductum anno Domini M. CC. XCIII de mense novembris VII indictionis, quod dictum ius prothimiseos competeret ex omni contractu celebrato inter contrahentes ex quo transfertur utile dominium vel directum. Excepto in dotibus, hereditatibus, legatis, divisionibus et quibuscumque contractibus initis inter parentes et liberos in infinitum et fratres et sorores et filios fratrum et sororum. Et ex hac exceptione dubia oriebantur propter generalitatem verborum quae continentur in eis scilicet e quibuscumque contractibus etc. propter quae videbatur innui quod in venditionibus inter dictas personas celebratis dictum ius non competeret. Declaratum extitit per eandem universitatem solemniter et statutum quod dicta exceptio etsi generalibus verbis tradita sit, non trahatur ad venditiones, sed ad casus ad quos prorogat nova constitutio praedicta, ut puta dotis donationis, divisionis, permutationis, et ad alios contractus, ex quibus utile vel directum dominium transfertur, venditione excepta, de qua prout est in primis consuetudinibus traditum observetur.

C. 55. *Quo modo procedatur contra calumniosos debitores.*

Ad excludendas calumnias et dilationes frustratarias debitorum, quae contra creditores instrumenta habentes obiciuntur frequentius et sic multotiens oportebat ipsos creditores invitos transigere vel pacisci de eo quod liquebat per publica instrumenta; convocato Messanensi consilio et universo populo, hanc

generalem consuetudinem de consensu praedicti populi editimus, quod quotiescumque apparebit creditor in iudicio obstendens instrumentum debito solemnitate peractum, per quod appareat aliquem debitorem, si ipse debitor solutionem obiiciat in partem vel in totum vel quamcumque aliam causam ad impediendum solutionem, et ad probationes ipsius longas dilationes exigat, quindecim dierum terminum excedentes, quod nullatenus audiatur, sed facta solutione per eum, dilationes, quas petierit, idonea cautione a creditore recepta, concedantur. Qui si probaverit legitime solutionem obtentam, creditor restituat sibi ipsam pecuniam et tantundem. Haec intelligendo sunt in instrumentis mutui, comodati et depositi in solutione si opponetur, et in exceptione solutionis tantum obtenta.

In caeteris autem locum habeat ius commune et fuit pravisum et pronunciatum de voluntate omnium. Item et tunc habet locum, quando debitum est celebratum Messanae et instrumentum est factum Messanae. Si autem alibi, tunc habet locum ius commune.

CONSUETUDINI DI CATANIA

POSTE IN CONFRONTO CON LE CORRISPONDENTI CONSUETUDINI DI CASTIGLIONE COMPILATE NEL SECOLO XIV.

Le *Consuetudini di Catania* compilate, rivedute e di regia sanzione munite nel 1345, furono pubblicate in Palermo dal Nepita con suoi commentarî nel 1394. Io riproduco il testo latino, scevro però dei moltissimi errori incorsi in quella edizione; e vi pongo in confronto le *Consuetudini di Castiglione*, in lingua volgare, che vedono ora la prima volta la luce. In una raccolta di Consuetudini fatta per cura del sommo Gregorio sulla fine del secolo scorso, e conservata fra i manoscritti di questa Biblioteca comunale (Qq. F. 55) trovo una copia delle consuetudini di Castiglione (a pag. 347 e segg.) la quale è munita della sottoscrizione di un Badolati archivario di quel comune; e tale firma vi è riconosciuta dal maestro notaro Guerini, a 21 maggio 1728. Su questa copia ne fu fatta un'altra di migliore carattere, e assai più recente (trovasi nella pag. 229 e segg.), ma ne ripete gli errori, ed altri ne aggiugne.

È detto sul fine del manoscritto: « Finis capitulorum, consuetudinum, observationum, semper a prima linea usque ad ultimam servatarum, huius terrae Castri Leonis Siciliae Regni ultra farum, anno Dominicae Incarnationis 1118. »

Poi segue la notizia della copia fattane in gennaro 1413 sotto Ferdinando di Aragona, e si dice che quella università possedea *certa capitula in carta de papiro* e dubitando che venissero *in ruinam*, se ne fece una copia sottoscritta dallo arciprete e dalle autorità locali.

Dopo le sottoscrizioni che ciò attestano, seguono varie *con*

ferme di quegli statuti, la prima del 20 agosto 1448 di Perruccio Gioeni, *signore e barone* di quella terra, che dice, *confermo e accetto li consuetudini* ecc.; altre approvazioni del 1494 e 1504 e l'ultima del 1566 firmata da Giovanni Gioeni, marchese di Giuliana e Castiglione.

Nel principio di quella copia si dice che la compilazione fu fatta nel 1632: « Jesus Maria Joseph. Capitula, consuetudines et observantiae civilatis Castri Leonis factae et confirmatae per sacram et serenissimam regiam maiestatem Mariam et Mariae Regis et Reginae ac Infantis Martini in obsidione per dictos posita prope civitatem Panormi sub die 23 aprilis 1392 » È noto che al nuovo re prima che fosse entrato in Palermo, molte città siciliane presentarono omaggi e petizioni.

A me pare evidente che questa sia l'epoca vera e che sia un errore quel riferirsi al 1118, che sarebbe rimontare tale scrittura al tempo anteriore alla coronazione di Ruggiero (1130).

Quest'antichità non è possibile; poichè la lingua volgare, derivata dalla lenta corruzione del latino e dalla mescolanza con barbariche lingue, era il linguaggio popolare, adoperavasi nelle canzoni, ma non iscrivevasi in prosa, se non dopo i tempi normanni; e nelle leggi e negli statuti era in uso il latino. Oltrecciò è certo che il volgare di quegli statuti corrisponde a quello delle Ordinazioni, libertà, ecc., e di varî capitoli del re Martino (contenuti nei *Capit. Regni Siciliae*, vol. 1, pag. 164 e segg.) scritti nell'anno 1403 e nei seguenti, e che sono le prime leggi regie in volgare.

A questo si aggiunga che il testo latino delle consuetudini di Catania, approvate dal re Ludovico nel 1345 è quasi in tutto uniforme, per guisa che può dirsi una versione di esse in volgare over fatta sulla fine di quel secolo le autorità municipali di Castiglione, con poche mutazioni ed aggiunte, come solea farsi nelle città che adottavano gli statuti delle maggiori città di Sicilia e li facevano compilare ed approvare come proprî.

Per queste ragioni (a non dirne altre, che accennerò nella mia storia) parmi indubitato che l'epoca di questa compilazione in lingua volgare fu verso la fine del secolo XIV, e che se non è un errore quella indicazione del 1118, può essa riferirsi sol-

cesserit vel donaverit contra quamcumque personam, testimonium de eadem re perpetuo perhibere non possit; et quod ea persona cui ius suum cesserit, etsi sit prohibitum vigore presentis consuetudinis, repellatur, nec sit ipso iure proficuum producenti eo scilicet quia contingit multoties, quod in illo iure quod dicitur cessum, cum adipiscatur, cessores fraudolentes participant cum agente, et ideo magis in causa sua, quam aliena, perhibent testimonia minus iusta; nec is cui ius cessum fuerit, nisi post lapsum anni a die cessionis in antea, illo iure cesso volens agere, audiatur.

De portis et fenestris faciendis (1535 e segg.).

Presentis consuetudinis auctoritate sit licitum civibus syracusanis portas, fenestras et alias aperturas in eorum domibus et muris et aliis quibuscumque possessionibus facere, ex parte videlicet viarum publicarum, preterquam in tabernis et apotheeis ubi mercimonia publice venduntur, nisi antiquitus consuetum. In domibus vero propriis, ubi habitant et morantur, possint vinum inducere et vendere et apothecas etiam pro rebus venalibus facere et tractare (1).

(1) Ho pubblicato queste Consuetudini Siracusane sul manoscritto antico sopra indicato (pag. 50), e siccome esso appare completo, e finisce con la chiusura della glossa di Guglielmo de Perno, io l'ho seguito fedelmente, non credendo regolare di apporre il numero dei capitoli, od altro aggiungere che possa esservi di diverso od aggiunto in altre copie non autentiche.

CONSUETUDINI DI NOTO (1)

Compilate su quelle di Messina e di Siracusa, senza distinzione in capitoli, nè argomenti e con ordine differente, le Consuetudini di Noto contengono però alquante addizioni che devono riprodursi.

Per non ripetere quelle tolte dagli statuti sopra riferiti di altre città, indicherò l'ordine con cui, sebbene non distinte in capitoli, quelle consuetudini vi si adottarono, e così si avrà il testo delle Consuetudini di Noto, e per evitare ogni equivoco indicherò la parola iniziale d'ogni capitolo di altri statuti in esse compreso.

Ecco quali sono tutti gli statuti civili di Noto:

Capitoli di Messina. 1. *Viri*, 4. *Praemortuo*, 5. *Si vero* al quale si congiugne il c. 48 delle parole *ut sublatis* ecc. come sopra pagina 45, c. 7. *Vir*, 8. *Debita*, 12. *Viro* alquanto modificato nel modo seguente:

Viro praemortuo, filiis non susceptis, mulier superstes dotem et dotarium suum consequi debet. Reliqua vero bona praemortui ab intestato pertinent ad proximiores, ex testamento perti-

(1) Sono state pubblicate da Littara in fine della sua storia *De rebus Netinis* a pag. 189 e segg., Palermo 1593; poi furono riprodotte con quella storia nel *Thesaur. Antiq. et Histor. Siciliae* etc. di G. Grevio con addizioni di P. Burmanno, Lugduni Batav. 1725, vol. 12°. Furono approvate dal re Lodovico a 2 giugno 1341.

nent ad eos quibus ipse in testamento reliquerit. Uxore praemortua extinguitur dotarium, et dos ad dotantem revertitur et restituitur in hunc modum; videlicet quod omnia bona stabilia data in dotem restituantur statim dissoluto matrimonio, et de quantitate pecuniae dotae in dotem tres partes debent restitui tantum infra sex menses a die soluti matrimonii numerandos. Sed si vir voluerit eam propriis sumptibus sepelire, habeat seu habere debeat de lecto sibi dato matarotium unum, plumatium unum, par unum linteaminum, culcitram unam de melioribus; tota vero alia roba, arnesia et localia data in dotem, qualenus extant et appareant restituantur statim dissoluto matrimonio. Et si dicta uxor testari voluerit, potest quidem de mobilibus usque ad quartam partem tantum, de stabilibus autem minime nec marito, nec extraneis (854, 818, 1377).

Segue poi il capitolo di Messina, 2. *Pater,* nel quale invece di forfamiliaverint si legge efamiliaverint.

Al c. 10 delle *Consuetudini di Messina* (*Patre praemortuo*) è fatta l'addizione seguente, dopo l'ultima parola *revertitur*: Ita tamen ut pater superstes habeat et habere debeat usufructum omnium bonorum stabilium donec vixerit.

Indi continuano col c. 11. *Utroq. par. praem.*, c. 3. *Utr. par. viv.*, c. 6. *Si mortua* così modificato:

Si mortuo matre, filius maior factus, noluerit in familia patris manere, sed per se voluerit vivere, et filius non habeat unde possit vivere ex facultatibus vel industria, quod pater teneatur praestare filio alimenta de tertia secundum facultates suas, aut tertiam a matre praemortua pervenientem. Et si pater convolaverit ad secunda vota, cogatur pater praestare filio dictam tertiam portionem a matre pervenientem et non alimenta. Reliquam tertiam eidem filio, naturali iure debitam, pater quoad usufructum sibi retinere potest proprietate tamen filio reservata. Patre vero praemortuo matre superstite si filius in communi cum matre vivere noluerit, duas partes sibi competentes a matre ipse filius petere potest.

Segue il c. 9 delle *Consuetudini di Messina* (pag. 37-38) con la seguente addizione: Et viceversa salvo iura cognatis dictae uxoris legitimis successoribus, si bona fuerint stabilia prove-

mentis ex parte dictae uxoris relinendi ea quanti fuerint iuxte extimata valere; ita ut dicta uxor, superstitibus sibi parentibus vel fratribus vel sororibus, aut filiis, fratrum et sororum non possit testari de bonis dotalibus, seu de bonis quae sibi pervenerant ex aliqua successione, nisi usque ad quartam partem dictorum bonorum suorum; dictis vero personis non existentibus seu aliqua ipsorum, quod possit testari et disponere ac relinquere cuncta bona sua ad libitum suum.

Segue il c. 15. *Viro*, 19. *Imminente*, 26. *Nullus*, 29. così ridotto:

Facta vel pacta a partibus in aliquo compromisso sub poenae appositione firmantur arbitrorum sententia in civili negotio.

A queste segue una consuetudine alquanto diversa, così concepita:

Vir et uxor susceptis filiis ex ipsorum iugalium matrimonio et constante matrimonio possunt vendere et alienare et obligare quaecumque bona voluerint tam mobilia quam stabilia sine consensu dictorum filiorum suorum. Et quod dicta venditio seu obligatio seu alienatio facta per dictos iugales sine consensu dictorum filiorum suorum sit rata et firma, et nullo modo con cassa a dictis filiis eorum possit retractari.

Segue poi il cap. *Filia vero* delle *Consuetudini di Siracusa* sopra riferito (a pag. 93) con le stesse parole, col divario che invece di *sororibus in capillo*, si è detta *non maritata*.

A questi tengono dietro due paragrafi che non trovo negli altri statuti, e sono i seguenti:

Si filius vel filia absque consensu patris uxorem vel virum duxerit, pater non cogatur ei dare partem bonorum suorum patrimonialium in vita sua.—Si filia vel soror iuvenili calore deviaverit et luxuriata fuerit, et postea nupserit vel innupta remanserit, pater sive mater vel etiam fratres non cogantur inviti dare eidem partem bonorum suorum.

Viene poi una parte del cap. *Si quis* delle *Consuetudini Siracusane* sopra pubblicato a pag. 93 cioè dal principio fino alle parole *defuncti fratris exclusis*.

Succede a questo il capitolo *Maritus* delle *Consuetudini Siracusane* (sopra pag. 94) così riformato:

Maritus vel uxor seu ambo simul de rebus stabilibus sibi in dotem a parentibus collatis nil possit vendere vel alienare, nisi dotante vel eius herede consentiente aut gravi necessitate urgente de qua curiae manifeste constabit, liberis ex matrimonio ipsorum mariti et uxoris procreatis. Et in casu quo maritus sit prodigus vel dilapidator, alienatio dictorum bonorum stabilium dotalium nullo modo fieri possit.

Avvi poi uno statuto sulla fideiussione prestata dal marito:

Si maritus absque consensu uxoris suae fideiusserit pro aliqua causa tam in criminalibus quam in civilibus causis, uxor non teneatur de rebus in dotem ipsi marito collatis, nec de parte eam contingente de bonis acquisitis per ipsam et dictum virum suum, fideiussionem dicti mariti sui adimplere, liberis extantibus vel non extantibus.

Vien poi il c. 16. *Viro* delle *Consuetudini Messinesi* ma con l'addizione fattavi nelle *Consuetudini di Siracusa* sopra riferite (pag. 94). Indi il c. 18. delle *Messinesi Consuetudini* così modificato:

Imminente iusta necessitate pro qua res minorum obligari debeant vel alienari, necessitatis causa per curiam summarie cognita, possint res minorum cum authoritate tutoris si habeat, et si non habent, per curiam illis datum, cum decreto curiae obligari vel alienari, nunquam deinde retractandae.

Poscia segue il c. 24 *Fratribus* che finisce et sic gradiatur usque ad maiorem. A questo succedono il c. 32. *Domo* ec. *duabus causis*, c. 33 *Domus* con la seguente addizione; *solvatur* usque ad octo dies, quibus elapsis si conductor requisitus non solvent, locator possit ipsas res vendere sine licentia curiae, debita tamen subhastatione praemissa.

Dopo havvi il c. 34. *Si quis*, e varie disposizioni per le mercedi, la prelazione *protimisis* etc. e un altro sulla cessione dei dritti.

Con preambolo somigliante a quel di Siracusa (pag. 96) si dichiarano nulle le cessioni di dritti o simulate o fatte a persone privilegiate. Si dispone pure non potersi pria dell'anno fare sperimento del dritto cesso:

Quia sub pretextu cessionis iurium et notorum simulationes

fraudes, vexationes et actiones indebitae fiunt et saepius committuntur deliberate et consulto, provisum est ac praesenti ordinatione in perpetuum valitura constitutum, quod nullus possit sub quocumque titulo seu specie contractus cedere, dare, transferre seu mandare iura et actiones sibi competentes adversus quamcumque personam nomine et occasione alicuius debiti seu cuiuscumque rei, in qua seu pro qua diceret se habere aliquod ius, privilegiatae seu potenti personae, seu cuilibet alii. Et si contra praesentem ordinationem seu in fraudem ordinationis huius aliqua cessio iurium et actionum facta fuerit, si quidem dicta cessio facta fuit simulate, seu privilegiatae seu potenti personae, quod ipsa cessio sit nulla et nullius roboris vel valoris. Si vero dicta cessio facta sit alii personae, et praetendatur veram esse, quod persona cui ipsa cessio iurium et actionum facta sit, vigore dictae cessionis non possit aliud petere nec agere seu quaestionem movere nec ipsis actionibus cessis experiri nisi post elapsum annum a die dictae cessionis in antea numerandum; excepto si cessio iurium et actionum facta fuerit fideiussori et solventi debita creditori pro debitore principali, quo casu dicta cessio facta fideiussori, ut praefertur, statim sit efficax ad agendum et petendum dictum debitum.

In fine sul beneficio dei fondi dotali vi è la seguente disposizione alquanto diversa dagli statuti di altre città

Si viro pro uxore tempore contracti matrimonii inter eos, ante vel post, fundus, hortus, solum seu casalenum aliquod datum fuerit in dotem, et in ipso fundo, horto, solo seu casaleno constructum seu aedificatum fuerit aliquod aedificium, seu fuerit plantatum vel insertum per virum seu maritum praedictum durante matrimonio predicto, et uxor praemortua fuerit, liberis ex ipso matrimonio non susceptis, totum aedificium factum in ipsis horto seu casaleno cum introitu et cortili spectante ad ipsum aedificium, et totum quod plantatum vel insertum fuerit in dicto fundo, communiter dividatur inter dictum virum et proximiores venientes ad succesionem dictae uxoris praemortuae. Et si forte in rebus praedictis in partem fuerit aliquod aedificium, plantatum vel insertum, similiter divisio fiat ut superius est expressum. In reliquis vero partibus in quibus nihil extitit

aedificatum, plantatum vel insertum, dicti proximiores dictae uxoris praemortuae succedant tanquam in rebus dotalibus stabilibus eis per virum restitutis (1).

(1) Ometto soltanto la riproduzione di pochi paragrafi delle Consuetudini di Noto, riguardanti la prelazione, le mercedi dei servi, i doni e strenne alla sposa solo permesse ai genitori e fratelli dei nuovi coniugi, le citazioni e i procedimenti contro i debitori, i salari e diritti dei notai, baiuli, giurati e acatapani, i danni arrecati in campagna dagli animali, ed alcune regole che diremmo oggi di polizia urbana e rurale.

CONSUETUDINI DI TRAPANI

Sono perfettamente copiate su quelle di Messina, sebbene sieno disposte in ordine differente, che nulla cangia alla sostanza, e che è parimenti arbitrario. Sonovi perfino adottate le addizioni fatte in Messina alle Consuetudini antiche e collocate nei capi 51 e segg. sopra riferiti a pag. 46 e segg. (1).

Trovo però gli statuti sulla prescrizione, non esistenti fra le *Consuetudini Messinesi*, ma che ho trovato conformi agli statuti 53 e 56 di Patti, e qui li riproduco.

De praescriptionibus.

Si quis rem immobilem per annum, mensem, hebdomadam et diem iusto titulo et nulla calupnia interposita possiderit in facie eius qui petit, per constitutionem regis Guglielmi Secundi divae memoriae in civitate obtentam absolvitur ab imploratione (2135, 2171).

Si vero per decennium bona fide sine titulo in facie eius possiderit, non apparente iusta causa, per quam suum ius protestari vel consequi non potuit, ab imploratione contra eum proposita liberatur (2171 e seg.).

Similiter contra absentem viginti annorum prescriptione absolvitur, praeterquam inter fratres et consanguineos usque ad tertium gradum (2171 e seg.).

Triginta autem annorum praescriptio quemlibet possessorem tuetur, praeterquam contra eum, qui se in captivitate detentum probaverit (2168).

(1) I capitoli delle Consuetudini di Messina sono in quelle di Trapani disposti, senza numerazione, coll'ordine seguente: Cap. 1, 4, 5, 7, 8, 12, 2, 10, 3, 6, 9, 13, 16, 21, 17, 18, 30, 31, 52, 53, 26, 51, 27, 29, 40, 53, 38, 23, 32, 33, 35, 34, 22, ecc. ecc., e vi sono eziandio con ordine diverso compresi i capitoli sopra accennati nella nota a pag. 88, esclusi da questa collezione, come stranieri al diritto civile.

CONSUETUDINI DI PATTI (1)

Statutum 1. Si aliquis de civitate praedicta vendiderit possessionem aliquam alicui personae, quod vicinus habens possessionem contiguam possessioni venditae possit ipsam recuperare et habere ab emptore, pretio sibi restituto, pro quo emit ipsam infra annum, mensem, hebdomadam et diem venditionis ipsius et si forte possessio ipsa vendita pertinet ad aliquem iure sanguinis, quod ipse possit recuperare et habere ipsam ab emptore non obstante si non habet contiguam possessionem possessioni venditae, et preferatur ius sanguinis iuri protbomiseos, seu vicinitatis usque ad tertium gradum consanguinitatis secundum statutum Messanae, praefertur consanguineus, ut dictet statutum Messanae.

St. 2 Si aliqua possessio fuerit vendita, et pro parte donata quod tota pro pura venditione habeatur, et vicinus possit ipsam recuperare modo et forma praedicta, ita quod ius sanguinis semper praeferatur vicinis ut suprà.

St. 3. Si aliquis locaverit opera alicui per annum vel mensem seu per aliud tempus, et ille qui locat operas suas recesserit inhecotatus a conductore vel patrono suo ante consumtum tempus conductionis ipsius, quod ipse amittat totum illud, quod recipere habuerit a conductore, restituto mercede, vel toto illo quod habuerit a conductore illo de solidis suis.

St. 4. Si aliquis fideiubet pro aliquo de quacumque re, pecunia seu causa, quod creditor habeat electionem conveniendi quem velit, fideiussorem vel principalem (1893 e segg.).

(1) Queste *Consuetudini* approvate dal re Federigo in luglio 1312 ricavo dal manoscritto sopra indicato (v. pag. 50). Sono conformi a quelle di Messina, e non occorre quindi ripeterle; e perciò soltanto pubblicherò i capitoli che vi ho trovati alquanto diversi. Fra tutte le *Consuetudini*, solo in queste ogni capitolo porta nome di *Statutum*

St. 5. Locator domorum et aliarum possessionum suarum, si conductor vel colonus non solverit pensionem eidem locatori domus, seu possessionis, possit sua auctoritate intrare et capere pignus pro pensione non soluta (1971).

Seguono gli statuti 6 a 12 sui danni arrecati dagli animali nelle campagne, su i macelli ecc. Noi seguenti statuti dal 13° al 70° ed ultimo sono adottati i primi *trentasette* capitoli delle Consuetudini di Messina, e ciascuno sovente vi è diviso in più statuti. L'ordine è molto diverso ed arbitrario, nè occorre qui accennarlo, bastando il notare che gli statuti di Patti sono in tutto *settanta*, dei quali i primi 5 sono sopra pubblicati, 7 inediti, gli altri sono i primi 37 capitoli delle Consuetudini Messinesi, e soltanto gli statuti 53 a 56 sulle prescrizione formano una addizione alle Consuetudini Messinesi, e sono del tutto uguali a quelli di Trapani sopra riferiti pag. 104; ma il primo varia in alcune parole e lo riproduco intero:

St. 53. Si aliquis rem immobilem per annum, mensem hebdomadam et diem iusto titulo et quiete, nulla calumnia interposita, possiderit in facie eius qui petit, per constitutionem regis Guglielmi divae memoriae in civitate obtentam, absolvitur a petitione (2135, 2171).

St. 54. *Si vero*, 55. *Similiter*, 56. *Triginta* (leggonsi sopra pag. 104).

È giusto notare che nello statuto 42 eguale al c. 26 *Nullus* di Messina è aggiunto *Praeter iudicem et notarium;* e che nello statuto 44 *Mulier* eguale all'ultime parole del c. 27 di Messina si aggiunge: *In aetate constituta*.

CONSUETUDINI DI CALTAGIRONE (1)

Consuet. 22. *De communicandis bonis inter iugales* (1393 e seg.).

Constante matrimonio inter iugales per annum, mensem, hebdomadam et diem vel ultra numerando a tempore desponsationis eorum in anthea, filiis non susceptis, dotis nomen extinguitur, et omnia bona ipsorum iugalium, mobilia et stabilia, sese moventia, patrimonialia, dotalia, quoquo modo acquisita et etiam nomina efficiuntur communia inter eos; et altero eorum mortuo, superstes debet habere medietatem ipsorum bonorum, et iterum, et proximiores defuncti ab intestato vel etiam quilibet ex testamento institutus aliam medietatem, usufructu aliquo bonorum dicti defuncti superstiti nullatenus reservato.

C. 23. *De non alienandis bonis sine consensu uxoris et filiorum* (1367, 1399).

Alter iugalium sine expresso consensu, et voluntate alterius eorum, et filiorum suorum maiorum non potest alienare quoquo

(1) Compilate sopra le più antiche *Consuetudini* di tale città, secondo dicesi nel diploma di conferma, furono rivedute, riformate e di regia sanzione munite a 15 ottobre 1299. Le ho ricavato dal manoscritto a pag. 50 indicato, e in esso trovansi nei fogli 203 e segg. So però che nel 1798 furono stampate in Caltagirone per cura di un privato, e ne esiste appena qualche esemplare, e che il diploma in pergamena del 15 ottobre 1299 col suggello reale in cera è ben conservato nello archivio di quella città.

Ometto pei motivi sopra enunziati (pag. 87) le Consuetudini 1 a 21 intorno al *retratto*, le Consuetudini 35 e 36 per locazioni di opere, 40 per espulsione di cattiva gente da case locate, 45 e 47ª e ultima su vendita giudiziale di beni del debitore.

modo, seu obligare bona eorum stabilia, et si talis alienatio, seu obligatio facta fuerit, est ipso iure nulla; de mobilibus vero bonis et sese moventibus maritus et pater absque consensu uxoris et filiorum potest alienationem facere, et pro suo velle tractare, dummodo non sit dilapidator bonorum.

C. 24. *In quibus casibus filii possunt petere partem suam viventibus parentibus* (298, 400).

Viventibus utrisque parentibus, filii vel filiae cuiuscumque aetatis sint, non possunt petere vel habere partem ad eos contingentem de bonis parentum, videlicet tertiam eorum, nisi pater emancipat eum, vel eam.

C. 25. *De communicandis bonis inter iugales, susceptis filiis* (667, 298).

Habita prole ex legitimo matrimonio nomen datis extinguitur, et tertia pars omnium bonorum ipsorum iugalium acquiritur viro, alia uxori, et alia tertia adquiritur filiis inter se equaliter dividendo; et altero ipsorum iugalium mortuo, superstitibus filiis, tertia defuncti seu defunctae adquiritur quantum ad usufructum marito, vel uxori superstiti, dum steterit in vidulitate, et si convolaverit ad secunda vota, praedictus usufructus est ipso iure finitus

C. 26. Uxor et filii vel heredes eorum post mortem patris eorum et mariti pro rata parte bonorum, quae habent in bonis communibus tenentur ad quaelibet debita et male ablata per maritum et patrem tempore contracti matrimonii quo simul permanserunt; et credatur ipsis parentibus, seu marito et uxori de debitis, et male oblatis cum hoc dixeriut in testamento suo vel codicillo vel coram quinque testibus.

C. 27. Uxor nulla debita contrahere potest sine consensu mariti, et si aliter factum fuerit, est ipso iure nullum (206).

C. 28. Si quis ex secunda uxore vel secundo marito filium seu filiam procreaverit, tertia pars sua sibi adquisita ex primo matrimonio cum bonis secundae uxoris vel secundi mariti confunduntur, et efficiuntur unum corpus, et tertia pars ad eumdem maritum vel uxorem contingens post mortem eius dividitur pro-

portionaliter inter omnes filios tam primi matrimonii, quam secundi in capite, et non in stirpes (667).

C. 29. Si mortua matre, aliquis filiorum sine liberis decesserit intestatus, pater succedit ei in usufructu bonorum stabilium in vita sua, et in omnibus bonis mobilibus in proprietate et usufructu; et fratres succedunt ei in proprietate dictorum immobilium tantum; quibus fratribus mortuis, eorum liberis non extantibus, mortuo patre praedicto post mortem filiorum et nepotum si nati fuerint, testamento vel intestato, bona stabilia, quae pervenerunt in patrem dictorum filiorum ex parte matris filiorum suorum defunctorum, post eorum mortem revertantur ad proximiores matris unde bona ipsa pervenia sunt (668 e segg.).

C. 30. Si matrimonium dissolvatur infra annum inter iugales, morte alicuius ipsorum, liberis non relictis, si morte viri, dos revertitur ad mulierem; scilicet eadem bona, quae portavit in dotem, sive extimata fuerunt sive non, cuiuscumque conditionis seu valoris extantia tempore dissoluti matrimonii, et in eorumdem bonorum defectum, praetium valoris ipsorum cum quotidianis indumentis, ligamentis et cingimentis suis, vel sibi factis per maritum suum; et si morte mulieris, acquiritur marito ultra bona sua, cum quibus duxit ipsam mulierem in uxorem, de dote praedicta pro lecto saccum unum, matersilum unum, plumatium unum, linteamium paria duo et culcitram unam de mediocriter valentibus (1377 e segg.).

C. 31. Bona patrimonialia defuncti sine liberis redire debent ad proximiores defuncti ex eo latere, unde bona ipsa provenerunt; et in testamento et quibuslibet aliis ultimis voluntatibus donationibus causa mortis non potest quis bona sua patrimonialia alicui causa mortis donare, legare, seu quoquo modo relinquere nisi haeredibus suis ex recta linea descendentibus seu fratribus et sororibus suis vel eorum filiis tantum debentibus sibi de iure succedere, et non ulterius praeter medietatem valoris ipsorum bonorum patrimonialium, quam legare potest, et donare causa mortis, seu quoquo modo relinquere cuicumque voluerit, praedictis vero haeredibus non existentibus potest relinquere seu donare causa mortis, vel legare bona praedicta sua omnia patrimonialia personis ecclesiasticis, pauperibus, indigentibus, et

venerabilibus locis; de reliquis vero bonis suis tam stabilibus, quam mobilibus, et sese moventibus potest libere facere velle suum (829, 655).

C. 32. *De successione agnatorum, et cognatorum.*
(655, 672).

Item si quis decesserit intestatus, premortuis parentibus et filiis, proximiores ipsius defuncti ex parte patris succedere debent ei in bonis omnibus suis, praeterquam in bonis stabilibus quae pervenerunt ex parte matris, in quibus succedere debent proximiores ex parte matris ex eo latere unde ipsa bona provenerunt.

C. 33. *In quibus casibus succedant filiae maritatae*
(667 e seg., 762).

Item maritatae, et dotatae per parentes, vel eorum alterum, ad beneplacitum eorum, vel per fratres vel eorum alterum pro modo facultatum omni alia parte priventur, et existentibus fratribus vel sororibus non coniugatis, vel filiis eorum excludentur a successionibus parentum, fratrum et sororum suarum, his autem non existentibus, praeferuntur ceteris agnatis et cognatis ulteriori gradu existentibus.

C. 34. *De privilegio minorum in divisione facienda cum fratribus* (734, 753).

Item fratrum et sororum viventium, et possidentium bona eorum stabilia in communi, cum ipsa dividere voluerint, maior natu tenetur et debet bona ipsa dividere, et reliqui eorum gradatim incipiendo a minore partes eorum accipere.

C. 37. Item si quis conduxit domum ab aliquo ad certum tempus, et voluerit recedere, seu recesserit a domo praedicta vel ipsam domum dimiserit inter tempus locationis praedictae, tenetur solvere locatori seu domino domus praedictae pecuniam pensionis seu loheris domus pro toto tempore locationis ipsius, et econverso dictus locator, seu dominus dictae domus si licentiaverit infra dictum tempus conductorem seu inquilinum suum de dicta domo tenetur ipsi inquilino restituere tantam quantita-

tem pecuniae, quanta ab eo receperit pro pensione domus praedictae.

C. 38. Item praedictus inquilinus si infra dictum tempus voluerit, seu tentaverit dictam domum alteri locare, possit; sed liceat locatori seu domino ipsius domus ipsam domum sibi retinere pro eadem pensione pro qua locaverit eam vel locare vellet inquilino praedicto (1563).

C. 39. Item inquilinus domus tenetur solvere pensionem, seu pecuniam pensionis domus sibi locatae, locatori seu domino ipsius domus tertiatim videlicet, in continenti in principio locationis domus eius unam tertiam; item elapsis primis quatuor mensibus aliam tertiam, et elapsis reliquis quatuor mensibus sequentibus aliam tertiam, et si defecerit in principiis, vel aliquo praemissorum, liceat locatori seu domino dictae domus autoritate propria sine aliqua poena expignorare dictum inquilinum suum pro loco eo, in quo sibi tenetur pro pensione praedicta.

C. 41. Item licitum sit cuicumque burgensi et habitatori civitatis Calataieronis venari et venare facere atque sumi facere pascua in terris burgensium dictae civitatis Calataieronis, libere sine aliquo iure praestando seu solvendo, praeterquam in vineis et vinealibus et clausuris adiacentibus ipsis vineis, iardinis et ortis.

C. 42. Si quis viam fecerit per fundum alterius per longum seu longissimum tempus et ultra, non propterea adquirit sibi ius aliquod servitutis, nisi ex aliqua iusta causa ius ipsum fore sibi obstenderet acquisitum, quod etiam intelligitur de fontibus, puteis et aquaeductis (609, 612, 562 e seg.).

C. 43. Si quis occupaverit solum publicum, tenetur edificium in eo factum, seu coeptum destruere et solvere nomine poenae curiae praedictae civitatis Calataieronis tarenos auri quatuordecim.

C. 44. *De praescriptione redhibitoriae actionis* (1494.).

In venditionibus bestiarum ius redhibitionis competit emptoribus inter dies quindecim a die celebrati contractus venditionis ipsarum; in venditionibus vero servorum, et ancillarum seu servarum infra mensem unum a die praedicto et non ultra.

CONSUETUDINI DI CORLEONE (1)

C. 2. Bona viri et uxoris undecumque provenientia, natis liberis, confunduntur; et una tertia pars debetur patri, altera matri, reliqua filiis vel filiabus; non natis filiis vel filiabus, elapsis anno, mense, hebdomada, et die, similiter confunduntur et una medietas debetur marito, reliqua uxori.

C. 3. Patre vel matre praemortuis ab intestato, filio vel filiis superstitibus cum alteruiro parentum ipsorum, tertia pars praemortui parentis remanet filio vel filiis; et sic iidem filii habent duas partes bonorum; unam videlicet debitam eis vigore dictae consuetudinis et alteram ratione successionis parentis praemortui: ita tamen quod si locus est collationi bonorum, servetur in hoc ius commune; si vero parentum aliquis testatus deficiat, ipsius standum est testamento, dummodo quod in eodem testamento de sua tertia liberos legitima non defraudet (667, 829).

C. 4. Ante elapsum anni, vel filiorum procreationem, si alter ipsorum coniugum deficiat, hoc quidem casu dos reverlit ad uxorem, eo salvo, quod si dos consistens in arnesio deteriorata in totum fuerit vel in parte propter communem usum, ex huius-

(1) Ricavo dal manoscritto medesimo queste *Consuetudini* che ivi dicensi compilate ed approvate a 15 maggio 1430, e ne pubblico gli importanti capitoli. Differiscono alquanto da quelle di Palermo, da cui in generale son tratte queste di Corleone, ma son compilate in modo più semplice e breve.

modi deterioratione viro nullum praeiudicium generatur, sed talis restituntur qualis fuerit tempore restitutionis ipsius. Si vero uxor praemoriatur infra annum, antequam liberi procreentur, nihil maritus acquirat de dotibus antedictis, nisi lectum unum, videlicet cum uno mataracio, et uno plumacio, paro unum linteaminum alborum, et una culcitra de mediocribus considerata utriusque coniugis qualitate et conditione. Si donatio facta fuerit uxori per maritum, donatio vero propter nuptias seu dotarium facta uxori per virum, in eo casu extinguitur et revertatur ad donantem. Mortuo viro, uxore superstite, ante elapsum anni et procreationem filiorum, lucretur uxor dotarium seu donationem propter nuptias, ac dotem recuperet ut dictum est ex pactis dotalibus; nihilominus si qua pacta sunt super his, per omnia observandis (1377 e segg.).

C. 5. Contracto matrimonio inter habitantes in eadem terra secundum consuetudinem ante dictam, vel more Graecorum, videlicet quod bona dotalia uxoris salva remaneant, nec cum bonis viri misceantur; si vero uxor in proximo casu praemoriatur, dos cum dotario constituto a viro vel donacione propter nuptias reditur ad dotantem prout dos ipsa tempore contracti matrimonii data fuit, etiam si durante matrimonio in totum fuerit vel in parte consumpta; ceterum si extimata fuerit tempore contractus matrimonii, etsi nihil aut parum ex ea soluto matrimonio remanserit vel deteriorata fuerit, eius extimatio cum quolibet integritate reddatur, vel ipsae res dotales cum deterioratione earumdem; hoc idem observandum est, si vir praemoriatur uxori, tum omnimode dos et dotarium, seu donatio propter nuptias mulieri salva remaneant, pactis dotalibus in suo robore duraturis (1377 e segg.).

C. 6. Mariti, uxoris et filiorum tam in agendo quam in defendendo actio et exceptio sint communes viventium more latinorum.

C. 7. Debita contracta constante matrimonio per maritum tantum vel per maritum et uxorem simul solvi debent de communi viri, uxoris et filiorum, vel mariti et uxoris, si confusa sunt discursu temporum vel nativitate filiorum, debitis fideiussionum quarumcumque, gabellarum et iudi daiorum dumtaxat exceptis.

Si vero maritus dotem promictat pro extraneo, vel donacionem fecerit cuicumque, in his uxor et filii non participent quoquo modo (791 e segg.)

C. 8. Mulier virum habens non habet caput standi in iudicio sine viri auctoritate, nisi vir esset absens longa absentia (204).

C. 9. Constante matrimonio mulier si contrahat sine viri conscientia cuiuscumque generis contractus ipse sit ipso iure nullus, ac si contractus non fuisset, nisi maritus sit absens longa absentia, quia tunc poterit contrahere cum magistratus decreto.

C. 10. Mulier si nupserit, licet in minori aetate fuerit constituta, maritus ipsius rerum suarum habet administrationem, tutela vel cura cessantibus (339, 1362).

C. 11. Matre praemortua, marito et filiis superstitibus, eodem marito ad secunda vota transeunte, licet filiis earum agnoscere portionem, seu portiones sibi debitas tam iure dictae consuetudinis, quam successionis maternae, vel alio quocumque iure per se vel per alios nomine ipsorum, qua divisione celebrata horum bonorum pater remaneat procuratus, et usufructuarius eorumdem (298)

C. 12. Imminenti necessitate, causa cognita, res minorum obligari vel alienari possunt decreto praetoris interveniente, nec in posterum quavis causa poterunt retractari contractus vel rescindi super his proinde facti, nisi evidens dolus, seu manifesta deceptio intervenerit (380 e segg.).

C. 17. Locator patet expugnare inquilinos, seu colonos suos propria auctoritate, pensione non soluta, quae solvatur in tribus feriis, ut una tertia pars in principio anni, altera in festo natalis, et reliqua in principio mensis maii anni eiusdem. Si vero alio tempore facta fuerit locatio, solvatur pensio per tres secundum tempus locationis eiusdem, nisi inter contrahentes fuerit aliter ordinatum; ubi autem inquilinus, seu colonus reperiatur non solvendo, liceat locatori eos expellere. Ad quam solutionem obligata intelligantur in subsidium etiam bona dotalia data viro secundum leges et iura communia; vel data *alla grichisca*; pro rata videlicet temporis, quo uxor habitaverit in re locata cum viro suo; in casu tamen quo inquilinus exierit de domo locata ante finitum tempus locationis, integram pensionem solvere teneatur (1398, 1971).

C. 23. Patronis et dominis licitum sit eorum propria auctoritate inquilinos, colonos et quoscumque alios in eorum possessionibus habitantes expignorare pro mercede non soluta, ad quam solutionem pupilli filii familias, minores, et uxores habentes dotes secundum iura communia vel *alla grichisca*, omni cessante privilegio odstringuntur.

C. 26. Actionibus redhibitoriae et quanti minoris cessantibus, si quis emat servum vel servam, equum vel equam, mulum vel mulam, vel cuiuscumque generis alterius animalia infra quadraginta dies a die venditionis et assignationis in antea numerandos possit emptor ipsis actionibus experiri, quibus transactis quantumcumque animalia ipsa fuerint morbosa, actionibus iis locus non sit; tamen si venditio ipsorum animalium facta fuerit ad modum nundinarum, quod vulgariter dicitur *a modu di fera*, nec infra quadraginta dies nec post possit emptor ipsis actionibus uti (1494).

C. 33. Coniugatae mulieres agentes vel conventae, accusantes vel accusatae praeterquam in crimine publico vel private ultra penam relegationis inclusive, caput non habent standi in iudicio sine maritorum auctoritate vel consensu ac etiam non possit contrahere; nisi maritus absens esset et de facili eius haberi non possit praesentia, vel nisi in carcere esset; quibus omnibus casibus contrahere possint (204 e segg.).

C. 37. Super quacumque causa fideiussores accepti non aliter ab eo erga quem fideiusserint, sunt conveniendi, nisi prius excusso principali (debitore) vel eo absente, quibus casibus terminum habeant dierum viginti uoros ad perquirendum de bonis principalis debitoris; et ipsa inventis propria auctoritate capere et assignare creditori; si vero fideiussores fuerint et renunciaverint iuri de primo principali conveniendo, possunt principaliter conveniri: gaudent vero eisdem induciis ad perquirendum et assignandum de bonis principalis debitores, nisi renunciaverint supradictis induciis (1898 e segg.) (1).

(1) Omette soltanto il c. 1 che è un preambolo, i c. 13 a 16 sul retratto, 18 vendita del pegno, 19 espulsione di malvagi conduttori, 20 divisione tra fratelli, 21 e seg. locazioni di opere, 24 giudici, 25 gioco, 27 a 32 avvocati, notai, citazioni, 34 diritti notarili ecc., 36 vendite forzate, 38 a 42° ed ultimo su pesi e misure, catapani, merci ecc.

CONSUETUDINI DI PIAZZA

DI LIPARI, PATERNO' E VIZZINI

Pochissimi sono gli statuti di Lipari, che non occorre qui pubblicare, perchè sono perfettamente uguali ad altri sopra riportati e compongonsi unicamente dei *cinque primi* statuti di Patti (vedi sopra pag. 105), e dei cap. 1, 4, 5 delle *Consuetudini Messinesi* (vedi sopra pag. 35). Vi sono inoltre pochissime disposizioni per danni nelle campagne arrecati da animali ecc.

Piazza fece per proprio uso compilare le Consuetudini che vennero dal re Federigo approvate, e sono interamente conformi a quelle di Caltagirone (vedi sopra pag. 107 e segg).

Paternò fece pure approvare le sue Consuetudini dalla regina Bianca, mentre in quella città dimorava (a 11 novembre 1401): e sono uguali a quelle sopra riportate della città di Catania.

Vizzini ebbe anco le sue *Consuetudini*, che il Gregorio disse pubblicate dal p. Noto nel c. 18, lib. 2, sebbene in tale opera (*L'Antichità di Bizini*) stampata in Napoli nel 1730, non trovasi il testo delle *Consuetudini*, ma una versione italiana. Nella pagina 111, c. 18 vi è detto che le leggi di Vizzini sono: 15 de iure protimiseos, 16 a 35 per doti, comunioni e dritti dei coniugi, figli ecc., 36 a 46 per debitori, locazioni, notari ecc., danni di animali, norme per sicurezza nel municipio, nelle campagne ecc. Nel c. 21 si nota che simili a quelle di Catania erano quelle Consuetudini, nè occorre di qui riprodurle, e sol-

tanto ne riferisco alcuni capitoli secondo la versione del p. Noto, o non trovandovi nè originalità nè molta importanza, non credei necessaria la ricerca del testo, se nell'archivio di quel comune esiste.

C. 16. Consumato il matrimonio e nati i figli, i beni del marito e della moglie si confondano, e se ne facino tre parti, uno al marito, altra alla moglie, altra a' figli. Non essendo, l'intendono *alla greca*

C. 19. I benfatti del marito sopra le doti della moglie morta in moglie, nè nati figli, rimangano al marito.

C. 20. Possono i figli di famiglia vendere i loro beni per ricomprare i loro padri o madre cattivi o prigioni.

C. 21. Nelle divisioni, il maggiore parte e il minore prende.

C. 27. Il padrone della casa, ecc. locata, dovrà esser pagato nel fine dell'anno di tutto il locro: il che se per negligenza non richiedesse per più anni e l'inquilino o locatore non potesse provare l'averlo pagato, sia creduto il giuramento dell'inquilino.

FINE

INDICE GENERALE

DELLE MATERIE

(In questo indice generale non possono indicarsi le differenze che le Consuetudini di nostre città offrono sopra ogni materia; e bisogna conoscerle nel testo, cioè nelle pagine cui l'indice rinvia).

Servitù Passeggio, acquedotto ed uso di attinger acqua esercitati per lungo tempo non danno alcuno dritto di servitù se non provasi altronde l'acquisto del dritto pag. 110

Successione È diversa secondo i due sistemi delle nozze, secondo il costume dei Greci o dei Latini, cioè della dote, o della comunione. Nel caso di *comunione* a morte di uno dei coniugi i beni tutti si dividono in 3 parti, di cui una è del superstite, una *iure naturae* è dei figli, l'altra spetta ai medesimi, o loro discendenti *iure successionis* del genitore premorto 21. 35 e seg., 52, 92, 108, 112.

— Se il defunto contrasse più matrimoni, la sua terza, o quota accresciuta per la confusione o comunione, trasmettesi ai figli tutti dei vari matrimoni. Il coniuge avrà sua terza, i figli dell'ultimo matrimonio, come quelli dei precedenti, avranno pure la loro terza dei beni confusi e comuni del matrimonio da cui sono nati 22, 37, 64, 109.

— Le figlie maritate o dotate sono escluse dai fratelli o da sorelle nubili 110.

— I figli spurî o incestuosi non succedono; gli altri possono dal padre diredarsi per cause legittime 40.

— In difetto di figli, non nati o premorti, i beni comuni si dividono fra i due coniugi, sicchè allo scioglimento del matrimonio, gli acquisti e i beni si dividono in metà al coniuge superstite, metà ai parenti dell'altro 23, 37, 58, 107.

— La moglie superstite in tal caso invece della metà dei beni, può scegliere la sua dote, ovvero una metà degli acquisti, invece del denaro dotale 37, 95.

— Se le nozze furono contratte *more Graecorum*, o se si sciolgono pria dell'anno e senza figli, allora non avviene comunione e a morte del marito succedono i figli nei suoi beni, e in difetto i parenti; la moglie avrà la dote, il dotario o la donazione per nozze; come per premorienza di moglie, il marito restituisce ai figli, o al dotante, o agli altri successori la dote, e la donazione se irrevocabile, e solo ritiene parte del letto ed altro, 23, 38, 109, 113, 117. V. Dote

— Premorto uno dei genitori, al figlio che muore senza discendenti, succedono il genitore superstite, ed i fratelli germani ad esclusione degli unilaterali 56, 93.

— Altrove in tal caso, nei mobili e nell'usufrutto di stabili il padre, nella proprietà succedono i fratelli. In mancanza di essi, a morte del padre, gli stabili della madre, tornano ai parenti di lei 109.

CONSUETUDINI

pubblicate in questo volume.

5836096